



Par

164

LIBROS

EGREGIOS CUMULARE



PRECLARA SUPPELEX.

BIBLIOTHECA CORTINIANA.









21 104  
CARMINVM

PROVERBIALIVM, TOTIVS  
humanæ uitę statum breuiter delinean-  
tium, nec non utilem de moribus do-  
ctrinam iucundè propo-  
nentium;

LOCI COMMUNES:

*Nunc denuò in gratiam Iuuentutis  
aucti & recogniti.*

ACCESSERE

Circei Dialogi Decem, hominis præ cæ-  
teris animalibus præstantiam tam  
doctè quàm iucundè de-  
scribentes.

*Si Christum discis, satis est, si cætera nescis.  
Si Christum nescis, nihil est, si cætera discis.*

Cum Cæs. Maiest. gratia & priuilegio  
ad annos decem.

BASILEAE, EX OFFICINA  
Oporiniana. 1582.

# CARMINVM

PROVERBIALIVM, TOTIVS  
humanæ vitæ statum breuiter delinean-  
tium, necnon utilem de moribus do-  
ctrinam iucundè propo-  
nentium;

## LOCI COMMUNES:

*Nunc denuò in gratiam Iuuentutis  
aucti & recogniti.*

### ACCESSERE

Circei Dialogi Decem, hominis præ cæ-  
teris animalibus præstantiam tam  
doctè quàm iucundè de-  
scribentes.

*Si Christum<sup>x</sup> discis, satis est, si cætera nescis.  
Si Christum nescis, nihil est, si cætera discis.*

Cum Cæs. Maiest. gratia & priuilegio  
ad annos decem.

BASILEAE, EX OFFICINA  
Oporimiana. 1582.





HERMANNVS GERM-  
BERGIVS LECTORI  
*beneuolo S.*



A fuit omnibus tēporibus uirorum sapientū consuetudo, beneuole Lector, vt vitæ ac morum præcepta quædā insignia, paucis uerbis comprehensa, hominibus traderent: quæ tãquam regulæ communes aut leges de omnibus uitæ officijs legentes erudirent, atq; in omnē euentum instructiores redderent. Eiusmodi sententiæ Græcis *γνώμας*, interdum etiam *νοήματα* dicuntur: atq; ad partem philosophiæ eam pertinent, quã *ἠθικὴν* vocamus. Quæ enim in Ethicis disputationibus, accuratius adductis causis & rationibus explicatur, ea omnia in talibus tanquam epiphonematis, seu potius oraculis, breuissimè comprehensa ob oculos ponuntur: quæ quidem sunt tam ad iudicandum quid æquum quid uic iniquum sit necessaria, quàm ad vitam rectè instituendam moresq; formados utilissima. Huius generis honestæ ac graues sententiæ in primis apud Græcos, deinde etiã apud

α 2 Lati-

## P R A E F A T I O.

Latinos, à sapientissimis autoribus scriptæ permultæ extant, quæ omnibus literarum studiosis esse debent notissimæ. Ex ijs autem ceu fontibus, lutulenta hæc & sordidiuscula, ac quodammodo barbara manarunt, quæ in his pagellis leguntur. Quantæ superioris seculi tenebræ in omni genere doctrinarum fuerint, nemo est qui ignoret. In illa ipsa tamen tanta caligine, & linguarum veræq; philosophiæ ignoratione, pleræq; sententiæ à viris bonis hoc modo, propositæ, vtilia atque honesta præcepta continent, ita ad amulsum interdum antiquorum Græcorum dicta referentes, ut ex eis Latinæ factę videri queât: quæq; venustissimas allusiones & similitudines, nec facile cuius obiter intuenti obuias, in se habeant. Maiores ergo nostri naturæ ductu, quanta uis honestatis esset, animaduertentes, quæcunque aut de scriptis antiquorū memoria nondum excidissent, aut ipsi longa experientia diuturnoq; rerum vsu didicissent, ea rhythmis quibusdam Germanica lingua, aut uersibus leoninis ( ut vocant: qualibus prior ætas magnopere delectata fuit, ad eò ut integra volumina etiam de Grammaticis, Historicis, Astrologicis, Medicis

P R A E F A T I O.

dicis & Theologicis rebus, eo modo conscripta extent) breuissimè annotata ad omnem posteritatem transmittere voluerunt. Neq; arbitror vllam gentem esse, nisi penitus barbaram, & ab omni humanitate alienam, quæ non aliquot eiusmodi γνώμας, aut παροιμίαις insignes, & quasi publicas præceptiones in communi quotidianoq; vsu sermonis habeat. Quamuis autem nihil ad eruditionem augendam inepta hæc carmina faciunt, & longè utiliora atque splendidiora præ manibus sunt: iucūdam tamen est videre antiquorum diligentiam in horum versuum compositione: in quibus tanto studio laborare uoluerunt, vt in medio atque fine ὁμοιοτέλευτοι essent, vt interdum admodū ridiculi ob id meritò sint habendi. Porro qui considerabit horū temporum licentiam, qua quiduis etiam leuissimum turpissimumq; in lucem apertam absque pudore & pœna prodit: non admodum mirabitur, quòd hæc quoque sententiæ denuò sint in lucem à typographo emissæ. Nullas enim in his ex maximo numero diligenti cura collectis inuenies, nisi quæ honestè pueris proponi possint, quales etiam à doctissimis viris sæpe cum



P R A E F A T I O .

delectatione ac hilaritate cū in cōuiujs, tum ferijs colloquijs recitari soleant. Sed cū non dubitem, hāc secundam illarum gnomarum editionem tibi gratam futurā esse, quòd priores tanta benignitate exceperis, ut omnibus illius editionis exēplarijs distractis, hanc nouam adornare coactus sit typographus, in illis tibi commendandis tempus non teram. His autem cū dialogi decē, ex Italica in Latinā linguam à me nuper cōuersi, sint adiecti, summissè te rogo, ut meam illorum uersionem æqui boniq; uelis consulere. Periodi sæpenumero sunt longę & obscuræ. Id si ideo contigisse putaueris, quia ego Italicum textum, quoad eius fieri posset, exprimere conatus sim, equidem spero te mihi illud non magis uitio uersurū, quàm Italico scriptori uersum unquam fuisse arbitraris. Quamuis chronologia in eo ab auctore nō uideatur obseruata, quòd Vlysses introducat septem Græciæ sapientum dicta recitantem, ij uerò post Vlysses uixisse putentur: non tamen existimo dialogos hos ea de causa tibi minus gratos esse futuros, siquidem cogites auctorem illorum omnia & *methodis* tractauisse, & rationem rei ipsius quàm

## P R A E F A T I O.

us quàm temporis exactam habere ma-  
luisse. Ea quæ post impressionem cor-  
rigenda mutandaque uisa sunt, ad finem  
adiecta intuenies. Bene vale, Lector hu-  
manissime, & me amore non minori,  
quàm ego te complector, com-  
plecti ne recusa.

¶ 4 S. M

S. A. I. A D E M-  
ptorem.

**N**on dubito multos Lectores hic fore stultos,  
Qui sint dicturi, Liber hic quod debeat uris.  
Quando in eo uersus non ullus sit, bene tersus,  
Ac opus inceptum totum sit, prorsus ineptum.  
Sunt tamen ipsi illi, qui adamant diæteria Grylli,  
Et qui Smosmannum cupiunt audire per annum  
Turpia dicentem, uel Suarmum spurca loquentem,  
Quiq; legunt Pfaffi Calobergi facti, uel affi.  
Hus placet insanus Neidhart, Larin quoq; nanus,  
Corneus Seufridus bonus est nonas per & idus,  
Marcolf laudatur, Eulenspiegelus amatur:  
Et quis non legit, quæ frater Rauschius egit?  
Tale quid insulsum, fatuo de pectore mulsam,  
Semper sic laudant, ut ad omnia pessima plaudant:  
Cum tamen autores soleant corrumpere mores,  
Tales, ac dignè possint comburier igne,  
Ob res obscenas, ut dent propter mala poenas.

Hic liber haud uanas doctrinas, sed bene sanas  
Proponit: lustra, non perdes tempora frustra.  
Quamuis ad mores meliori carmine flores  
Passim uenduntur, multumq; & ubiq; leguntur:  
Est tamen his chartis iucundæ nonnihil artis,  
Quæ poterit uerè ridendo multa docere,  
Proq; uenenatis salibus, damnoq; paratis  
Ridiculis, horis tradet præcepta decoris.  
Nec facilè hæc cedent animo, si qui modò credent.

Est



## A D E M P T O R E M.

*Est breuitas uerbis, nec uirtus maior in herbis,  
Quæ tantum uellunt, & morbos in cute pellunt,  
Non uitium mentis purgant prauum facientis.  
Ergo ne calca mox librum stulte Menalca:  
Sed mage protector fias illi bone lector.  
Haud istuc tendit, qui carmina talia uendit,  
Ut nunquam poscas meliora, sed hæc modò noscas.  
Verum si fari tentabunt, atq; tocari,  
Hæc potius belli capiant discenda puelli,  
Quàm Veneris spinas tristes, Bacchiq; ruinas.*

“ 5

HORVM

**NORVM COMMVNIVM**  
**LOCORVM I N D E X.**

<b>A</b>		<b>bella.</b>	<b>ibid.</b>
<b>A</b> bsurda	1	<b>beneficentia</b>	40
adiaphora	5	<b>C</b>	
adulatio.	ibid.	<b>C</b> ecitas	43
emulatio	187	calumniā	44
enigmata.	ibid.	campana	45
equiuocatio	6	captiuitas	46
afflictio.	ibid.	caritas.	ibid.
aliena	8	castitas.	ibid.
ambitio.	ibid.	causidici	197
amicitia.	ibid.	Christus	82
amor	15	cibi	47
animalia	16	coactus	253
arcanum	19	concordia	58
arrogantia	20	confessio	59
ars	24	coniectura.	ibid.
assiduitas	30	coniugium	234
astra	32	conscientia	62
astutia.	ibid.	consensus	63
auaritia.	ibid.	consilium.	ibid.
audacia	37	consortium	64
aula	38	consuetudo	66
<b>B</b>		contemptus	69
<b>B</b> aptismus	39	conuiuium	72
			<b>cura</b>



# I N D E X.

<i>humanitas</i>	173	<i>ius</i>	196
<i>humilitas</i>	174	<i>iurista</i>	197
		<i>iustitia.</i>	<i>ibid.</i>
<b>I</b>		<i>iuuentus</i>	198
<b>I</b> <i>Actantia</i>	20		
<b>I</b> <i>iciunium</i>	175	<b>L</b>	
<i>ignauia.</i>	<i>ibid.</i>	<b>L</b> <i>Abor</i>	202
<i>ignis</i>	177	<b>L</b> <i>laus</i>	205
<i>ignorantia</i>	178	<i>leges</i>	206
<i>imperitia.</i>	<i>ibid.</i>	<i>libertas</i>	207
<i>impossibilia</i>	179	<i>lucrum</i>	208
<i>impostura</i>	180	<i>ludus.</i>	<i>ibid.</i>
<i>incerta</i>	182	<i>lux</i>	210
<i>inconstantia.</i>	<i>ibid.</i>		
<i>indecora</i>	1	<b>M</b>	
<i>industria</i>	202	<b>M</b> <i>Alitia</i>	272
<i>insania</i>	44	<b>M</b> <i>malum</i>	210
<i>ingratitudo</i>	182	<i>Maria</i>	211
<i>inimicitia</i>	184	<i>martyria</i>	212
<i>iniuria.</i>	<i>ibid.</i>	<i>medicina</i>	213
<i>iniusticia</i>	185	<i>medicamenta</i>	214
<i>insidia</i>	186	<i>media</i>	215
<i>inuidia</i>	187	<i>memoria</i>	216
<i>inutilia</i>	188	<i>mendatium.</i>	<i>ibid.</i>
<i>iocus</i>	186	<i>mendicitas</i>	265
<i>ira</i>	<i>ibid.</i>	<i>mercatio</i>	217
<i>iudicium extremum</i>	191	<i>meretrix.</i>	<i>ibid.</i>
<i>iuramentum</i>	196	<i>meteora</i>	219
		<i>mimi</i>	220
			<i>mine</i>

# I N D E X.

mina	220	opera.	ibid.
miseriordia	221	origo	260
modus.	ibid.	ornatus	346
morbi	224		
mors	226	<b>P</b>	
mores	234	<b>P</b> Aedagogia	262
mulier.	ibid.	parentes.	ibid.
multitudo	242	patientia	263
mundus.	ibid.	patria	264
munera	249	paupertas	265
musica	250	pax	272
mutuum.	ibid.	peccata.	ibid.
		pecunia	111
<b>N</b>		peregrinus	282
<b>N</b> Atura	251	peregrinatio.	ibid.
neceſſitas	253	poena malefacti	280
nihil	254	periculum	283
nimum	221	perſeuerantia	284
nobilitas	255	philautia.	ibid.
nouitas	256	piſtura	285
nox.	ibid.	pietas.	ibid.
nuntius.	ibid.	pœnitentia	289
		poſſibilia	290
<b>O</b>		potentia	116
<b>O</b> Bedientia	257	potiones	47
obſcuritas	255	prepoſtera	1
occafio	257	preſentia	291
ocium	275	precatio.	ibid.
officium	259		prim-

# I N D E X.

principium	294	solutio	330
proceres.	ibid.	somnium.	ibid.
procrastinatio.	ibid.	somnus	332
profusio	295	spes.	ibid.
promissio	297	spiritus S.	86
proprium.	ibid.	stulticia	333
prudentia	300	<b>T</b>	
pudor	304	<b>T</b> Aciturnitas	336
puerilia	298	tarditas.	ibid.
<b>R</b>		temperantia	337
Aritas	304	tempus	338
requies	305	tenebræ	256
risus.	ibid.	terra	343
rustici	306	testimonium.	ibid.
<b>S</b>		timor.	ibid.
Sanitas	306	trinitas	86
sapores	314	<b>V</b>	
satietas.	ibid.	V Aletudo	345
scriptura sacra	315	uenatio.	ibid.
securitas	317	Venus.	ibid.
senectus	318	ueritas.	ibid.
sermo	320	uestitus	346
seruitus	323	uexatio	347
similitudo	324	uicinitas	348
simplicitas	327	uilitas	69
simulatio.	ibid.	uinum	121
solertia.	500	uiolentia	184
			uirgi-

# I N D E X

virginitas	46	voluntas	354
virtus	348	voluptas	355
vita	351	notum	291
vita aeterna	194	usus	356
vitia	272	vulgus	<u>ibid.</u>
vires	355		

# F I N I S

EX - D - H - I

422	antagon	da	2011
222	antagon	da	
222	antagon	da	
222	antagon	da	2012
222	antagon	da	

EX - D - H - I



EX - D - H - I



CARMINVM PRO-  
VERBIALIVM LOCI  
communes.

ABSURDA, INDECORA,  
Præpostera.

*Agninis lactibus alligare canem.*



I canis ex hila religatur, mor-  
der in illa.

Ein Hund nicht lang behalten  
wirft/

So du ihn bindest an ein wurst.

*Aliorum medicus, ipse hulceribus  
scates.*

Cõditor es iuris, qui spernere iura uideris:  
Crimina condemnas, qui crimine primus  
haberis.

Item:

Dogma tuum sordet, cùm te tua culpa re-  
morder.

Item:

(sunt.

Multi corripunt crimé, quod linquere nõ-  
Wer ander Leut soll vnd wil straffen/  
Soll seine laster zuor abschaffen.

*Annulus aureus in naribus suis.*

Est in persona pudor insipiente corona.

a

Items

2 CARMINVM PROVERBIAL.

Item:

Nullus inungatur nebulo, plebs undique  
fatur.

Wo regiert ein Schalk oder Thor/  
Da kompt man bald in schand vnd gfor.

*Currus bouem trahit.*

Heu serui regnāt, domini famulātur: aselli  
Ornantur phaleris, dephalerantur equi.

Der Wagen wird für d Koss gestelt/  
Drumb kans nicht wol gehn in der Welt.

*Encomia canere ante victoriam.*

Quādo potes subijci, nō debes dicere, Vici.

Schreye nicht such; zu keiner frist/  
Bis; du vber den graben bist.

*Sidera cælo addere.*

Ad mare declius omnis currit citò riuus.

Item:

Cui sunt multa bona, huic dantur plurima  
dona.

Item:

Hic mos est genti, panis præbetur habenti.

Item:

Pernas laudare nullū decet, hoc scio clarè.

Item:

Quis satis est, his plura fiunt, his undiq; fer  
tur,

His datur, his emitur: pauper ubiq; iacet.

Item:

Item:

Tu teneas panem, tibi protinus ova dabuntur.

Item:

Vndiq; per mōtes currūt in flumina fōtes.

- Den Reichen gibt man gern vil gaben/  
Und leſt die Armen mangel haben.

A D I A P H O R A.

Quod nihil & nulli nocet, utiq; non nocet ulli.

Was ſchadet denn ein ſollich ding/  
Das keinem Menschen ſchaden bringt.

A D V L A T I O. uide  
Impoſtura.

*Adulari queſtus nunc eſt multò  
uberrimus.*

Nil dāt menſipete, nil portāt præter Auete.

Item:

Si uis laudari, ſi uis charuſq; uocari,  
Discas adulari; nam tales ſunt modò chari.

Es iſt jezund der Welte ſitt/  
Den der nicht ſchmeichlet liebt man nit.

A E N I G M A T A.

*Annus, Pannus.*

Eſt quiddā ſine P. cui ſeruit noxq; dieſq;  
Cui P. ſi dederis, facies tunicam tibi ritè.

a 2

Aue.

4 CARMINVM PROVERBIAL.

*Aue.*

Mitto tibi Nauem, prora puppiq; carétem.

*Baculus.*

Sum decor in manibus, sustento senem, re-  
go gressus,

Sum terror canibus, habeat me pro duce  
fessus.

*Castanea.*

Arbor inest syluis, q̄ scribitur octo figuris:  
Fine tribus demptis, uix unam in mille ui-  
debis.

*C. O. Q. C. S. T. S.*

Sunt oculos clari qui ternis sidera tanquã:  
Dico grammaticũ, uersum qui cõstruit istũ.

*Cor.*

Dimidium sphære, sphæram cum principe  
Romæ,

Exigit à nobis totius Conditor orbis.

*Item:*

Redde Deo mediã lunam, solé, canis itam.

*Coruus.*

Res uolat in syluis, nigro uestita colore:  
Si cor abstuleris, pes tibi Teuto manet.

*Gallus Gallinaveus.*

Os aperire ueta, quæstorũ namq; moneta  
Ipsius est meta, lupus actu, uoce propheta.

*Glacies.*

*Glacies.*

Mater me genuit, eadem mox gignitur ex

Item: (me.)

Mater me peperit: pario mox filia matrè.

Item:

Quã mater genuit, generavit filia matrem.

*Homo.*

Est animal quoddam, quod cunctis est bene notum, (pes.)

De mane quadrupes, medio bipes, serò tri-

*Miles obliuiscitur.*

Stultus les sua mi calcaria uiscitur obli.

*Muscatum.*

Si caput est, currit: uentrè coniūge, uolabit:

Adde pedè, comedes: & sine uètre bibes.

*Pauo.*

Angelus in pèna, pede latro, uoce gehèna.

*Pediculos querere.*

In densis syluis uenor bis quinq; catellis:

Quod capio, perdo: quod non capio, mihi seruo.

*Salutem.*

Mitto tibi Metulas, cãcros imitare legèdo.

*Ter tria dant septem, scil. literas.*

Ter tria dant septem, septem sex, sex quoque tres sunt: (ptem.)

Octo dant quatuor, quatuor faciunt tibi se

6 CARMINVM PROVERBIAL'

Hæc bene si numeres , facient tibi milia  
quinq;

*Vrina.*

Dic mihi quod flumen soleat conscendere  
montes?

Hoc mihi si soluas, Oedipus alter eris.

ÆQUIVOCATIO. uide  
Differentiales.

Erroris mater fuit æquiucatio semper.

So man zweifelhafft reden ist/

Das bringt irrung zu aller frist.

AFFLICTIO.

*Afflictis Deus adest.*

Auxiliũ Christi uenit ad nos tẽpore tristi.

Item:

Quãdo timor maior, tũc Deus est propior.

Item:

Vidi saluatos, prius anxietate grauatos.

Item:

Vngere uult hominẽ, quẽ percussit Deus,  
omnem.

Wenn wir in nöten seins am schwächsten/

Denn so ist Gottes hilff am nechsten.

*Deus quos amat, arguit & castigat.*

Hic homo torquetur, ut sic patiendo pro-  
betur,

Vt mēs purgetur, ut præmia plura lucretur,  
Ne

Ne sublimetur, ut Christo gloria detur,  
Et præseruetur, ne perpetuò crucietur.

Item:

Nunquam bella bonis, nunquam discrimina  
defunt:

Et cū quo certet, mēs pia semper habet.

Item:

Qui modò torquetur, nescit quàm magna  
lucretur:

Cum furit atque ferit Deus, olim parcere  
quærit.

Item:

Visitat hos homines Christus, quos diligit,  
omnes.

Welche Gott der Herr thut lieben/

Die wil er hie mit creuzge üben:

Denn durch trübsal vnd stäte streit/

Mus man eingehn zur seligkeit.

*Tribulatio homines ad Deum  
conuertit.*

Christo quando datur res, spes bona tunc  
tribulatur.

Item:

Pressa malis anima, dū supplicio tribulatur,  
Sæpe recordatur quæ fecerit & meditatur,  
Et dolor & mœror magis inde sibi cumula-  
tur:

a

4

Nam

8 CARMINVM PROVERBIAL.

Nam per carnales affectus mœsta uagatur.

*Mancher gedecht nimmer an Gott/*

*So ihn nicht anstieß angst vnd nott.*

A L I E N A.

*De alieno corio ludere.*

Læditur Urbanus, non claudicat inde Romanus.

Item:

Scindo corrigias ex pelle tua mihi latas.

Item:

Si calcar proprium sit, equus tuus, ambulo multum.

*Auff eignen nutz sihe ich alzeit/*

*Acht nicht wies stand vmb ander Leut.*

A M B I T I O.

*Gloria crocodylus.*

Non honor est, sed onus, species læsura ferentem:

Et plus ardescit ambitio quando fenescit.

Item:

Sponsa uolens nosci, defœdauit sacra tēpli.

*Ehrgeitz bringt oft in spott vnd schand/*

*Voraus; wo er nimpt überhand.*

A M I C I T I A.

*Amataquam osurus, oderis tanquam amaturus.*

Tu caueas dici nimium laudator amici:

Tempore



Tempore monstrabit, quantum te semper  
amauit.

Kein Freund soltu zu hoch erheben/  
Die zeit wird ihn wol kennen geben.

*Amicus certus in re incerta cernitur.*

Dum tribulor grauius, tunc nosco quis sit  
amicus.

Item:

Hūc fidum dico, bene qui succurrit amico.

Item:

In paupertate, quis amicus, noscitur à te.

Item:

Tempore felici non cognoscuntur amici:  
Sorte patet misera, quæ sit dilectio uera.

Item:

Verus amicus erit, qui plus me quàm mea  
quærit.

Item:

Verus amor miserum nunquam cōtemnit  
amicum.

Welchen das glück freundlich ansicht/  
Kan d'freund recht vndercheiden nicht:  
So bald vnd es sich aber wendt/  
Werden die wahren Freund erkent.

*Amici cum fortuna mutantur.*

Tempore felici, multi numerantur amici:  
Cùm fortuna perit, nullus amicus erit.

10 CARMINVM PROVERBIAL

Geht es nach glück mit reichem schall/  
So finden sich Freund ohne zal:  
So bald das glück sich aber wendt/  
Ist alle freundschaft auß; behendt.

*Amici multi felicitium.*

**Cui bene succedit, is amicos sæpe uidebit.**

Im glücke mancher mir beisteht/  
Der sich sonst niergend sehen leht.

*Amici peccantes reprehendendi potius,  
quàm imitandi.*

**Dilige sic homines, ut eorũ crimina uites.**

Also habe die Menschen hold/  
Daf; du ihre laster meiden solt.

*Amicos novos parans, ne obliuiscaris  
veterum.*

**Antiquus gladius, uetus atq; fidelis ami-  
Credite téporib. hæc ualuère suis. (cus,**

Item:

**Calles antiquos serues, ueteres & amicos.**

Item:

**Non est antiquus per te dānandus amicus.**

Nicht vbergib die alten Freund/  
Denn die neuwen sehr vngwüß seind.

*Denudare amici mysteria, desperatio est  
animæ infelicis.*

**Prudens celabis, quod amicis turpe putabis:  
Ne culpét plures, quod solus pádere cures.**

Deins

Deines Freunds schand soltu zudecken/  
Kein spott noch nachred ihm erwecken.

*Modus retinendorum amicorum.*

Plurima des, p̄ pauca petas, nil accipe: si nil  
Accipias, & pauca petas, & plurima dones,  
Grat, eris populo, te mille sequetur amici.  
Si nihilum trades, citò eris priuatus amico:  
Plurima si queres, multã patiêre repulsam:  
Si multa accipias, populus te dicet auarũ.  
Nil cape, pauca petas, des plurima, habebis  
amicos.

Item:

Téporib. nostris quicunq; placere laborat,  
Det, capiat, quærat, plurima, pauca, nihil.  
Wer jetz will haben Freund vnd gunst/  
Der mus; aufgeben viel vmb sunst.

*Ne cuius dexteram inieceris.*

Qui cõsanguineus, mihi firmior extat ami  
Ein wenig Nãgtschafft/ (cus.  
Helt gute Freundschaft:  
Denn bey ein Schwager/  
Ist lieb vnd dienst mager.

Stultus cunctorũ fit, quiuis amicus eorum.  
Wer alle Welt zu Freund will han/  
Der ist ein Narr bey jederman.

*Necessarius est necessarius.*

Audiui dici, quòd erunt duo semper amici.  
Item:

Item:

Nemo sibi satis est, eget omnis amicus ami-

Item: (co.

Non ullus medicus melior q̄ fidus amicus.

Item:

Plus ualet in fido bene fidus amicus ami-  
co, (mena.

Quàm nummis plena de quolibet gre cru-

Item:

Rex est mēdicus, cui non est ullus amicus.

Item:

Tūc mors optatur, cū nullus amicus habe-

Item: (tur.

Vera tibi dico, quòd amicus debet amico.

Item:

Vfus amicorū bonus hic &amp; ubiq; locorum.

*So reich vnd gwaltig ist kein Man/**Der ohne Freund wol leben kan.**Tuta frequensq; via est, per amici  
fallere nomen.*

Non est ueridicus subridēs omnis amicus.

Item:

Plus nocet, ut nostis, ad cuncta domesticus

Item: (hostis.

Reb. in humanis tria sunt peiora uenenis:  
Peruersus socius, mala fœmina, falsus ami-  
cus.

Dieses

Dieses sein die schädlichsten Feind/  
So sich gestellen als die Freund.

*Vulgus amicitias utilitate probat.*

Qui mea plus quærit, falsus amicus erit.  
Das sein unnütz vnd böse Freund/  
Die Freund vmb ihrs nutz willen seind.

A M O R.

*Absentia debilitatur amor.*

Qui procul ex oculis, procul est à lumine  
cordis.

Kom ich dir auß den augen schir/  
Bald weiß dein hertz nichts mehr von mir.

*Amata relinquere durum est.*

Est amor ingratus, cū non sit amator ama-  
Item: (tus.

Est oculo gratū, speculari semper amatum.  
Item:

Heu dolor est, gratis abscedere rebus ama-  
Item: (tis.

Illi pœna datur, qui semper amat, nec ama-  
tur.

Lieb haben vnd meiden/  
Möcht mir das hertz zerschneiden.

*Amor fugiendo vincitur, contrà verò  
augetur.*

Cede, Venus cedit: si stas, Venus improba  
lædit:

Si fu-

14 CARMINVM PROVERBIALI

Si fugias Veneris prælia, tutus eris.

Item:

Ipse bene poteris luxus frenare furorem,  
Si fugias: potior potio nulla datur.

Item:

Qua specie Martis uenit uictoria Parthis,  
Hac Venerem fuge, quæ sola fuga fugit.

Item:

Vsu crescit amor omnis, decrescit abusu.

Wer vor liebe will sicher sein/  
Und allen lasteren in gemein/  
Mus; sie allzeit fliehen mit gewalt:  
Dem Stro vom Feuer verbrennt nit baldt.

*Ex aspectu nascitur amor.*

Non affectatur, oculus quod nō speculatur.

Item:

Virginis aspectus penetrat sine uulnere pe-

Die augen sein der liebe thür/  
Anschauwen bringt dem hertz begir.

(Etus.

*Miser est qui amat.*

Dulce malum, mala dulcedo, dulcor & amar-  
marus,

Cuius odor sapidus, insipidusq; sapor.

Item:

Nescio quid sit amor, nec amo, nec amor,  
nec amaui:

Sed scio, si quis amat, uritur igne graui.

Item:

Item:

Non amor, ut perhibent, deus est: sed amor & error:

Numé, amor nullus: numé inane, Venus.

Item:

O' Deus, in quâtis animus uersatur amâtis.

Item:

Omnis amâs, amens: amor est insania: sano  
Infanit certò pectore, quisquis amat.

Item:

Pallet amâs omnis: namq; hic color aptus  
amanti.

Item:

Pallida furtium facies monstrabit amorẽ.

Item:

Quot campo flores, tot sunt in amore dolo  
Wol dem der nicht mitt lieb ist bhafft/ (res.  
Denn sie nimpt sinn/gut/mut vnd krafft.

*Nec modus & requies, nisi mors, reperitur amoris.*

Cedit amor uerus, ab amâtis pectore serus.

Item:

Vnâ semp amo, cuius non soluor ab hamo.  
Wem dliebe ein mal shertz abgwündt/  
Schwerlich sie ihn wider entbindt.

*Scilicet insano nemo in amore uidet.*

Cecat amor mentes, ac interdum sapiètes.  
Ite m

16 CARMINVM PROVERBIALI

Item:

Quamuis fœdatur, cuius placet id quod  
amatur.

Item:

Quatuor ista, timorq;, odiũ, dilectio, cœsus,  
Sæpe solent boni rectos peruertere sensus.

Item:

Quisquis amat ranã, ranã putat esse Dianã:  
Quisquis amat ceruam, ceruam putat esse

Mineruam:

Quisquis amat luscã, luscã putat esse  
uenustã.

Item:

(quus:

Vrit amor cæcus, non est amor arbiter æ—  
Nam deforme pecus iudicat esse decus:

Die liebe manchen blinden thut/

Das er nicht sieht was böß;/was gut/

Was schön sey oder vngestalt:

Ein yeden nur sein Bul gefalt.

ANIMALIA.

*Animalia quædam hominem suis superant proprietatibus.*

Nos aper auditu præcellit, aranea tactu,  
Vultur odoratu, linx uisu, simia gustu.

*Animalia sine cibis uiuentia.*

Quatuor ex puris uitam ducunt elementis:  
Chameleõ, talpa, maris halec, et salamãdra.

Halec



Hæc unda fouet, ignis pascit salamandrâ,  
Talpâ terra nutrit, aër quoq; chameleontê.

*Animalium quorundam ætates.*

Sepes de uirgis per tres annos bene durat,  
Et per tres sepes sit tibi uita canis,

Et per tres canes sit tibi uita caballi,

Et per tres cabalôs uiuere possit homo,

Et per tres hominês âsinus bene uiuere pos-  
sit,

Et per tres âsinos aucam tu uiuere dicas,

Et per tres aucas cornicis uita probatur,

Per tres cornices uiuere coruus habet,

Et p tres coruos uiuere quercus habet,

Et per tres quercus elephâtê uiuere dicas.

*Auca.*

Floribus arboreis fuluâ creatur auis.

Arbor obumbrat aquas, flos concipit & gra-  
uidatur,

Côceptû reijcit, in aquâ cadit, auca creatur,

Fit cibus egregius, nobilibusq; datur.

Hæc auis à coitu stat libera, uirgo putatur,

Non nidos, non oua parit, nulli sociatur.

Sicut enim peperit flos, ita sola fuit.

*Canis.*

De canelaudando quatuor bene discite pro-  
bando: (cus,

Est lingua medicus, dominoq; fidelis ami-  
b Aedes

18 CARMINVM PROVERBIALI

Aedes custodit, fures latrandoq; prodit.

*Castor.*

Quæstio solvatur, Cum castor ab hoste fugatur,

Cur ablatiuos dentes gerit in genitiuos?

Illos dente ferit, quia sic euadere quærit.

*Glis.*

Ah homo, si scires, quata faciunt mala glixes,

Vtiq; uitares, & pelles non adamares.

*Insectorum quorundam ortus.*

Bos dat apes, dat bruchos equus, fucos

quoq; mulus,

Dat uespa; asinus, sic ait Isidorus.

*Monachus piscis.*

Piscis ubi monachus, seu forma monastica

creseit,

Fertq; cucullatum per maris alta caput,

Calceus est illi cõformis & ampla cuculla,

Tã bene disposita, qua nõ foret aptior ulla,

Et quasi uox hominis garrula lingua fati-

tis,

Frons, manus & uultus hominum, moderamine sulcus,

(tus,

Dũ facit insultus, reboatq;, mouetq; tumultus,

Mergere nauiculas sæpius arte parat.

*Sus.*

Os ueteris durũ porci, sed non bene purũ,

Sus

Sus malè pinguescit cum furfure, sed citò  
crescit.

*Turtur.*

Turtur perpetuò primù sibi seruat amorè,  
Amissoq; pari, nescit habere patem.

A R C A N V M.

*Arcana celanda.*

Clarius hoc egomet scio, qua me calceus  
urget.

Item:

Res occultandæ tacitis sunt participandæ.

Dein mangel weis nicht jederman/  
Drumb schweig/wile in verschwiegen han.

*Occulta musices nullus est respectus.*

Condita decrescit, uulgata scientia crescit.

Item:

Infelix qui multa sapit, nescitq; docere:

Infelix qui pauca sapit, spernitq; doceri:

Infelix cuius prodest sapientia nulli.

Ein kunst die man verborgen helt/  
Und nicht gebraucht zu nutz der Welt/  
Die gilt so viel als wer sie nitt:  
Drumb wer was kan/dien andern mitt.

*Tempus omnia reuelat.*

Nil adedò subtile, dies quin detegat ultrò:

Nil igitur facias, cur puduisse queas.

b 2 Item:

Item:  
**Nō manet occultum, quod latro facit, nec  
 inultum.**

Item:  
**Quicquid nix celat, solis calor omne reuelat.**  
 Es wird so kleines nichts gesponnen/  
 Es kommt doch endlich an die Sonnen.

**ARROGANTIA IA-**

**tantiaq̄.**

*Deus superbis resistit.*

**Disce supercilium deponere, disce timere  
 Ante pedes foueam, quisquis sublimè mi-  
 naris.**

Item:  
**Est uerū uerbū, fragit Deus omne superbū.**

Item:  
**Stultus in hoc uerbō loquitur rex ore su-  
 perbo: (seruo,  
 Vah Babylon, Babylon, proprio te robore  
 Omnia regna rego, sum deus orbis ego.  
 Cumq̄; loquendo sedet, Deus altius into-  
 nat æde: (de,**

**Prorsus ab hac sedē, tibi dico superbe rece-  
 Ut pecus incede, gramina pronus ede:  
 Brutus es, in terris fœno uesceris & herbis,  
 Esto timor populis & pœna futura supbis,  
 Exemplarq̄; regū, qui malè regna regūt.**

Item:

LOCI COMMUNES. 21

Item:

Vindicat elatos iusta ruina gradus.

Obermut thet nie fein gut/

Die Stolzen all Gott stürzen thut.

*Extra periculum ferox.*

Non omnis pugnat, minitans qui fortia cla-

Item: (ma)

Nusquam iactares grandes procul ipse mo-  
lares.

Item:

Sæpe minus faciunt homines qui magna  
minantur.

Mancher ein Held ist mit dem Maul/

Im Herzen doch kaghaft vnd fank.

*Felix se erigendo felicitatem amittit.*

Dum petit elatis nimium sublimia pennis,

Icarus, Icareas nomine fecit aquas.

Item:

Icare nate bibis? iam iã sine patre potibis?

Iam tibi dixi bis: Medio tutissimus ibis.

Icarei fati memores estote beati.

Item:

Si tibi gratia, si sapientia, formaq; detur,

Sola superbia destruit omnia, si comitetur.

Thut es einem sehr wol glücken/

So soll er sich dest mehr tücken/

Soll meiden, stolz vnd obermut/

22 CARMINVM PROVERBIAL

Sonst verleuhrt er Leib/Ehr vnd Gut.

*Laus propria sordet.*

Ne iactes, quia laus pprio sordescit in ore.

Item:

Qui sese laudat, laudis se munere fraudat.

Item:

Quilibet ignotis de se bona p̄dicat: & qui  
Non habet, usurpat nomina magna sibi.

Item:

Sese uicinos iactans habet undiq; prauos.

Item:

Vincat opus uerbū, minuit iactātia famam:  
Nec sine re cupias tu nomen habere magi-

*Dich selber soltu loben nicht/*

*(stri.*

*Denn eigen lob stinckt/als man spricht.*

*Qui se putat aliquid scire, nondum scit  
quomodo oporteat scire.*

Doctus ait, se scire nihil: se plurima narrat

Scire sed indoctus. scit prior, iste putat.

Item:

Futilis omnis homo est, persuasa turgidus  
arte:

Scit sapiens doctus plurima, scitq; nihil.

Item:

Omnis homo nihil est, aliquid qui se putat  
esse:

Est aliquid, quisquis se putat esse nihil.

*Dis*

Die sich grosser weisheit vermessen/  
 Sein mit den grössten Narren besessen:  
 Die aber so sein voll weisheit/  
 Verstehn Menschliche blödigkeit.

*Quid superbis terra & cinis?*

Cū fex, cum limus, cū res uilissima sumus,  
 Vnde superbimus? nescimus quando peri-  
 mus.

Item: (tu?)

Quid miser elato turgescis homūcule uul-  
 Cras eris in uili putre cadauer humo.

Item:

Vnde superbit homo, cuius cōceptio culpa:  
 Nasci, pœna: labor, uita: neçesse, mori?  
 Warumb stolzierst du Staub vnd Erden/  
 Du mußt doch wider Eschen werden.

*Superbia vitium est rebus solenne  
 secundis.*

Cum bene pugnabis, cum cuncta subacta  
 putabis,  
 Quæ magis infestat, uincēda supbia restat.

Item:

Luxus opū, proles generosa, sciētia, forma,  
 Bis duo sunt, quibus extollit quis se sine  
 norma.

Item:

Tu nimis extolli per prælia prospera noli:

24. CARMINVM PROVERBIAL.

Regi namq; poli sunt omnia subdita soli.

By gutem vnd glücklichem leben/  
Thut der Mensch gern in hoffart schweben/  
Vnd denckt nicht das es kom von Gott/  
Dem er allzeit drumb dancken sott.

*Vino vendibili suspensa hedera nihil  
est opus.*

Nō figat signa, qui laude facit bene digna.

Item:

Rumiferet de te tua nōn, sed uox aliena.

Item:

Verbis non iacta te, sed facias bona facta.

Wiltu erlangen lob vnd ehr/  
Thu lobens werdt/vnd schrey nicht sehr:  
Denn guter Wein wirt bald geschmeckt/  
Ob man ihm gleich kein Zeichen steckt.

ARS ET DOCTRINA.

*Ars natura defectum in multis  
supplet.*

Ars cōpēlabit, quod uis tibi parua negabit.

Was dir versagt natürlich krafft/  
Des macht dich fleiß vnd kunst theilhaft.

*Artium liberalium proprietates.*

Gram. loquitur, Dia. uera docet, Rhet. uer-  
ba colorat,

Mus. canit, Ar. numerat, Geo. ponderat, Ast.  
colit astra.

*Aurora*



*Aurora amica Musis.*

Surgere non cesses, cum Phœbus surgit ab  
ortu:

Mane bonis studijs quilibet aptus erit.

Welcher begert zstudieren wol/

Am morgen frû er auffstehn sol.

*Cur nescire pudens prauè, quàm  
discere, malo?*

Non pudor est quæri, q̄ nescis, siue doceri:

Qui scit, laudatur: qui nescit, uituperatur.

Dem ist nichts können Etn vnehr/

So gern annemmen will die Lehr:

Wer aber nichts kan/bschempft sich auch

Ziernen/der ist vnd bleibt ein Gauch.

*Doctrina à iuuentute amplectenda.*

Artem scruteris, quâuis opulentus haberis.

Item:

Audi doctrinam, si uis uitare ruinam.

Item:

De studio, socie, redeūtem uidero cū te,

Ecce, quid edisti, nō quærá, quid uē bibisti,

Aut quid fecisti? sed quærá, Quid didicisti?

Item:

Disce bonas artes, cū tēpora datur & anni,

Quisquis amas Musas literulasq; puer.

Tempus adhuc ueniet post paucos forsitā

annos,

b 5

Quo

26 CARMINVM PROVERBIALI

Quo lusisse minus, plus didicisse uelis.

Item:

Discere ne cesses, si doctor maximus esses:  
Nam per doctrinam poteris uitare ruinam.

Item:

Discere nō pudeat, uultū Doctoris honora:  
Ne malè tēpus eat, uigilans attentè labora.

Item:

Doctrinæ cultus spernit nemo nisi stultus.

Item:

Exceptis Græcis, exceptis atq; Latinis,  
Iurè potest dici barbarus omnis homo.

Item:

In studio tria damna luo, si non bene disco:  
Nummos consumo, modicum scio, tempo  
ra perdo.

Item:

Mēs sine doctrina, manet in te certa ruina.

Item:

Quid sine doctrina uita est, nisi fœda latrī-

Item:

Scribere, cantare discas, Latinaq; fari:

Si pauper fueris, postea diues eris.

Item:

Si puer hoc scifēt, quantū doctrina ualeres,  
Rarè dormiret: sed nocte dieq; studeret.

Item:

Vt uer dat florē, flos fructū, fructus odorem:

Sic

Sic studium moré, mos sensum, sensus honorem.

Weisheit vnd Kunst hatt grosse krafft/  
 Denn sie den Schwachen macht sieghafft/  
 An Ehr vnd Gut den Armen reich/  
 Den Bauren Sohn dem Edlen gleich.  
 Welchs die Jugendt bedencken sol/  
 Vnd ihre Tag anlegen wol.

*Ingenium vires superat.*

Ars animos frágit, & firmas destruit urbes,  
 Arte cadunt turres, arte leuatur onus:  
 Nam solet ars dominú sæpe iuuare suú.

Item:

Scit manus attrahere, quod nescit homo remouere.

Kunst offe ein ding vermag/  
 Daran grosse sterck erlag.

*Ingenio, non libris innitendum.*

Cordi nō chartæ, tradas, quæ noueris arte:  
 Nā si charta cadit, mox tota scientia uadit.

Item:

Mille tenere libros, raroq; studere, parúq;  
 Scire, nihil laudis, plus leuitatis habet.

Item:

Qui multos densat libros, nec proficit arte,  
 Tantalus in medijs stat sitibúdu aqúib.

Item:

Qui nihil ingenio, sed libris omnia mádat,  
 Nil

28 CARMINVM PROVERBIAL,

Nil tenet amissis forsitan ille libris.

Kanstu etwas vnd wilt sein klug/  
So schreibs ins Hertz vnd nicht ins Buch:  
Denn was ist's daß dein Buch ist gelehrt/  
Verleurstu es/so bist nichts werdt.

*Non omnibus datur adire Corinthum.*

Ingenium nisi sit, studiū flos est sine fructu:  
Hæc duo coniuncta fructificare solent.  
Die Natur mus helfen dem fleiß/  
So du solt werden gelehrt vnd weis.

*Omnis terra alit artem.*

Disce bonas artes: alit omnis terra peritos:  
Vnquam nec fiet, qui bene discit, inops.

Item:

Hic duo, hic bis ter factores, nemo magi-

Item: (ster.

Musas disce bonas: doctos fouet undique  
tellus: (rit,

Nec bene qui didicit, Codrus egenus e-

Kunst geht durch alle land der Erden/  
Drumb soll sie gern gelehret werden.

Drumb soll sie gern gelehret werden.

*Qui alios docet, seipsum docet.*

Condita decrescit, uulgata scientia crescit.

Item:

Discere si quæris, doceas, sic ipse doceris:

Et studio tali tibi proderis, atq; sodali.

Du solt andere Leut lehren/  
Wilstu

Wilstu

LOCI COMMUNES.

29

Wiltu dein eigen Kunst mehren.

*Sapiens sua bona secum fert.*

Ars manet, ars durat, fortuna recedere cu-

Item: (rat.

Ars si portatur, tunc portans non operatur.

Item:

Artem qui sequitur, raro pauper reperitur.

Item:

Plus probo thesaurum docti, quàm diuitis aurum.

Item:

Portatur leuiter ars, ergo disce libenter.

Item:

Res ualet, ars prestat: si res perit, ars mihi re-  
stat.

Weisheit / Kunst vnd geschicklichkeit /

Übertrifft zeitlich Gut gar weit:

Denn vmb dein Gut kanstu wol kommen /

Kunst aber wird dir nicht genommen.

*Sapientia se offert quarentibus eam.*

*vide Assiduitas.*

Discat qui nescit: nam sic sapientia crescit,

Crescit & augetur, si tēporis usus habetur:

Nam datur immensus in longo tempore  
sensus.

Wer nichts kan / vnd doch lehren wil /

Der mag bekommen Weisheit vil.

*Finis*

*Vnus dies non sat est ad parandam  
eruditionem.*

**Nemo fit natus mox Rabbi iurè uocatus.**

Item:

**Quis puer auditus, uel uisus, in arte pitus?**

*Es wird keiner bald zum Doctor!*

*Er hab denn lang gelehret zuuor.*

**A S S I D V I T A S.**

*Arsidua stilla saxum excauat.*

**Ars certos, usus promptos, imitatio reddit  
Artifices aptos, tria concurrentia summqs.**

Item:

**Arsiduum studijs se præbeat ille, Dearum  
Aurea qui sperat tecta subire nouem.**

Item:

**Discere, q̄rere, sæpe reuoluere sit tibi cura:  
Hæc tria sunt uia qua sapientia fit ualitura.**

Item:

**Frangitur ad latices nux, iterando uices.**

Item:

**Gutta cauat lapidè, nō ui, sed sæpe cadèdo:  
Sic homo fit doctus, nō ui, sed sæpe legèdo.**

Item:

**Lectio lecta semel, decies repetita placebit:  
Sin decies repetas, decies repetita patebit.**

Item:

**Multa rogare, rogata tenere, retèta docere,  
Hæc**

Hæc tria discipulum faciunt superare magistrum.

Item:

Quære, recordare, retine, lege, sepe relecta,  
Sic omnes claves tibi dat sapientia recta.

Item:

Surge puer, uigila, canta, lege, discite uel ora,  
Sic fac ut nulla sine fructu transeat hora:  
Sic sit hora breuis, & labor ipse leuis.

Wie der Tropff so vom Tach oft salt/  
Ein Stein außhölt/doch nicht mit gewalt:  
Also wird niemandt gelehrt noch weis/  
Mit gewalt/sonder durch viel fleis.

*Semper tibi pendeat hamus.*

Sæpe dat una dies, quod rotus denegat an  
In einer stund man oft erjagt/ (nus.  
Das ein ein ganzes Jar versagt.

*Succeſſiue fit motus.*

Arbor per primū quæuis nō corrui iſtum.

Item:

Est arbor dura decies ferienda caſura.

Item:

Gutta pluit, ſecunda fluit, ſic flumina cre-  
Pauca ſcis, ſi diſcere uiſ, ſic multa pateſcūt.

Item:

Post hunc nunc ruit hic pilus, & caluus fit  
homo ſic.

Items

Item:

Qui nescit partes, in uanum tēdit ad artes.

Item:

Singula captentur, sic omnia ferre tenētur.

. Hastu vor dir ein gute sacht/

Die aber von statt geht gemach/

Laf; drum nicht ab/ vnd nicht verzag/

Es felt kein Baum von einem schlag.

## A S T R A.

*Astronomia non spernenda.*

Astra caue spernas, uitā qui ducis ab astris.

Astra regūt homines, sed regit astra Deus.

Item:

Stellis ac herbis uis est, sed maxima uerbis.

Gottes macht solt allzeit betrachten/

Hieneben doch s; G;stirn nicht verachten.

*Duodēcim signa cælestia.* (go,Sūt Aries, Taurus, Gemini, Cácer, Leo, Vir-  
Libraq; Scorpius, Arcitenens, Caper, Am-  
phora, Pisces.

## A S T V T I A.

Astu uincit homo cuncta creata solo.

Viel Thier haben scharpffe sin/

Menschen vernunftt schwebt doch ob ihm.

## A V A R I T I A.

*Atticus moriens porrigit manum.*

Clericus annosus, licet annus sit furiosus,

Non



Non curat brumam, dum drachmam suscipit unam.

Item:

Quãuis algescit, & presbyter ipse senescit,  
Frigora non curat, donec oblatio durat.

Item:

Quando senex fueris, tibi plus amor imminet æris.

Je lenger hie ein Menschẽ lebt/

Je mehr er nach dem Selte strebt.

*Auari odiosi sunt omnibus.*

Erras, si speres, quòd plus te diligit hæres  
Sub terra positũ, quàm tu te diligis ipsum?

Item:

Luxuriam fugito, simul & vitare memeto  
Crimen avaritiæ: nam sunt cõtraria famæ.

Item:

Nunquã stat clarus, nec tutus dives avarus.

Wer reich vnd geizig ist allzeit/

Hatt wèder rhum noch sicherheit.

*Auari timent asidue.*

Ad cistam domina vadit sæpissimè parca.

Wer sich ergibt zeitlichem Gut/

Bekompt selten råwigen thut.

*Cupidus magis damno afficitur.*

Nil habeat uerè, qui uult bona solus habere.

c

Item:

34 CARMINVM PROVERBIAL.

Item:

Qui binos una lepores sectabitur hora,  
Vno quandoq;, quandoq; carebit utroq;.

Item:

Qui lucra léta fugit, damna repentè subit.

Wer zuviel wil/ dem wird gemeinlich

Zuwenig/ vnd ist auch billich.

*Diues aut iniquus, aut iniqui heres.*

Cū moritur diues, concurrunt tres ibi lites:  
Dæmon uult animam, cōsanguineus quo-  
que gazam,

Vermes in terra faciunt cū corpore guerra.

Item:

Quisquis ditatur, rapidos miluos imitatur.

Niemand zugleich zu dienen recht/

Gott vnd dem Mammon vngerecht.

*Lari sacrificant auari.*

Sic dat dona sua, sicut dat mella genista.

Von Rargen man als viel bekümpft/

Als man von Pfrimmen Honig nimpt.

*Nullus emptor difficilis bonum edit  
obsonium.*

Cafeus est carus, sic dixit præsul auarus,  
Non in scindatur, sed pro festo teneatur.

Item:

Non obolus solus pingue parabit olus.

Wer in Speis vnd Trancck wil wol leben/

Der

Der muß nicht ungern Geld aufgeben.

*Semper avarus eget.*

Aestimatur esse parū sibi, quicquid habet cor avarum.

Item:

Diues es ut Cræsus, sed uiuis paup ut Irus.

Item:

Diues marcescit, quanto plus copia crescit.

Item:

Diues semper hiat, pars maior ut sibi fiat.

Item:

Non est in mundo diues, qui dicit, Abūdo.

Item:

Nulla ditari ratione potestis auari:

Vos faciūt inopes, quas cumulatis opes.

Item:

Omnes thesauri nunquā satiant cor auari.

Item:

Omnia des cupido, sua non perit inde cu-

Item:

(pido.

Orco siue mari mens æquiparatur auari.

Item:

Perpetuò lignis crescit crescentibus ignis.

Item:

(tur,

Quæ magis optatur, cū plenius accumulā-

Non satiāt mentē semper maiora petētem.

Item:

Quo plus sunt potæ, plus sitiuntur aquæ.

c 2

Item:

Item:

Táalus in stygijs nec a qua fruitur, neq; po  
Sic in diuitijs arer avarus homo. (mb:

Item:

Vult oculus nequam prius impleri stoma-  
chus quam.

Hett der Geitzig die ganze Erden/  
So mdeht ihm doch genug nicht werden:

Drumb er auch bey sein grossen Gut/  
Allzeit hatt mangel vnd Armut.

Drumb er auch bey sein grossen Gut/  
Allzeit hatt mangel vnd Armut.

Drumb er auch bey sein grossen Gut/  
Allzeit hatt mangel vnd Armut.

*Tenax requirit prodigum.*

Aurum quod seruas, & quicquid avarus a-  
ceruas, (hæres.

Quod parcus quæres, effundet prodigus

Item:

In ieijs fisco, quicquid nō uis dare Christo.

Item:

Non sibi, sed alijs, aries sua uellera portat:

Sic alijs cumulat diues avarus opes.

Item:

Prodigus est natus, de parco patre creatus.

Mancher mitt sorgen stellt nach Gut/  
Das sein Erb liederlich verthut.

Mancher mitt sorgen stellt nach Gut/  
Das sein Erb liederlich verthut.

*Virtus post nummos.*

Ad lucrū mores multi sunt, nō ad honores.

Item:

(mis,

Qui studet nūmis, hic præfert infima sum-

Con:

Condita factori præponit & eius amori.

Der so sich ganz ergibt dem Geit/  
Vergißt der Ehren vnd Fromkeit.

A V D A C I A.

*Audentes fortuna iuuat.*

Qui plus exponit, plus lucri sæpe reponit.

Wers wagt vnd dapffer hincin setzt/  
Wird offte mitt grossem Gwün ergetzt.

*Nihil supra vires audendum.*

Displicet ille labor, sub cuius pōdere labor.

Item:

Est durum clarè, contra flumen natitare.

Item:

Exiguas in se vires alienus habendo,  
Exiguas uolucres depascit diripiendo.

Item:

Hoc attentabis, fieri quod posse putabis.

Item:

Non canit in templo, nisi quod scit presby-  
ter, amplo.

Item:

Non tibi sume iugū, quod uis tua ferre re-  
cusat.

Pondere sub modico tutius ire potes.

Item:

Quod potes, id tecum tentes, & uiribus æ-  
quum.

c 3 Item:

38 CARMINVM PROVERBIAL:

Item:

**Si nescis iácere lapidem, dimitte iacére.**

Item:

**Tu uires metire tuas: si fortis es, aude  
Grandia: si fragilis, humeris impone mino-**

Item: (ra.

**Ultra posse uiri non uult Deus ulla requiri.**

Thu nach keiner arbeit ringen/

Die dir zuschwer ist zu vollbringen.

A V L A.

**Retrò sedet ianuá, non inuitatus ad aulam.**

Item:

**Stabit post ualuam, nō inuitatus ad aulam.**

Wer zu Hof vngewetten geht/

Billich hinder der Thüren steht.

*Aula summoperè uitanda.*

**Commoda si quæris, ne principib. socieris.**

Item:

**Fœtor olet caulæ melius, q̄ mobilis aulæ.**

Item:

**Regum sollicita quicunq; senescit in aula,  
Aut fuit, aut semper postulat esse miser.**

Jung zu Hof/ vnd alt zu Hell/

Ist ein gewisses vngesell.

*Exeat aula qui uolet esse probus.*

**Non mihi sit seruus, medicus, propheta, sa-  
cerdos.**

Item:

Item:

Parens uirtuti nescit modò regibus uti.

\* Item:

Vita palatina dura est, animæq; ruina.

Wer from̄keit jezund nicht will lan/

Mag sich zu Hofe hart began.

## BAPTISMVS.

*Qui crediderit, & baptizatus fuerit,  
saluus erit.*

Induimur Christo, qui baptizamur in ipso.

Item:

Inson esse uolens, isto mundare lauacro,

Seu pprio premeris crimine, seu patrio.

Welcher glaubt vnd wird getaufft/

Dem hatt Christus den Himmel kaufft.

## BELLA.

*Incerti fallax fiducia Martis.*

Est nulli certũ, cui pugna uelit dare sertũ.

Item:

Sæpe chalybs chalybem domitat, pugnare  
uolentem.

Streitten ist ein mislich ding/

Denn niemand weiß welchem gestug.

*Nulla fides pietasq; uiris qui bella  
sequuntur.*

Non amat hic Iesum, qui fert ad prælia gæ-  
sum.

49 CARMINVM PROVERBIAL

Wem Krieg vnd vnruh wol behagt/  
Liebt Christum nicht, ob ers gleich sagt,  
*Nulla salus bello, pacem te poscimus  
omnes.*

Quid mihi cū bellis? seruit mea cura puel-  
lis.

Lieber will ich nach Jungfrauen spaciern/  
Denn im Krtz Leib vnd Leben verliern.

BENEFICENTIA.

*Animum dantis oportet aspicere.*

Dat pyra, dat poma, qui nō habet aurea do  
Guter will ist ein freundlich ding/ (na,  
Ob gleich die Gaben sein gering.

*Benefacite & mutuum date, nihil  
inde sperantes.*

Da citò, da gratis, da munera cōgrua cuiq;:  
Cū dare nō poteris munera, uerba dabis,  
Item:

Dans ut reddatur sibi, iustè decipiatur,  
Item:

Gratia nulla datur, si munere munus ema-  
Item: (tur,

Qui mihi uult dare, nō debet dicere quare,  
Das ist nicht ein recht ehrlich leben/  
Da man nur schenckt vmb widergeben.

*Bis dat, qui citò dat.*

Bis nō spōdebis, quod mox p̄stare ualebis.  
Item;



Item:

Da tua, dum tua sunt: post mortem tunc tua  
non sunt.

Item: (ras:

Dandi tolle moras, dādo citò munus hono  
Munus dedecoras, inueniendo moras.

Item:

Denigrat meritum dantis mora: sed data  
raptim

Munera plus laudis, plusq; fauoris habent.

Item:

Gratia debetur pro munere, si citò detur:  
Sed si tardetur, ingratum munus habetur.

Item:

Plus ualet hoc tribuo, quàm tribuēda duo.

Item:

Qui citò dat, bis dat: qui tardat munera, nil  
dat:

Par erit mutuo, qui dabit absq; citò.

Item:

Quod datur in manibus, hoc arridet mihi  
munus.

Bistu willens ein was zugeben/  
Laf; ihn nicht lang der hoffnung gleben:

Soust freuwt es ihn nimmer so sehr/  
Vnd sagt dir wenig danck noch ehr.

Und sagt dir wenig danck noch ehr.

*Gratia gratiam parit.*

Alternādo boninos dona manemus amici.

c 5 Item:

42 CARMINVM PROVERBIAL.

Item:

Da quandoq; tua, si uis habere mea.

Item;

Debes parua dare, si uis maiora rogare.

Item:

Fac bene, seruitium quia non perit undiq;  
gratum.

Item:

Officijs gratus sis, ut fias ad amatus.

Item:

Sæpe solet dici, fient per manus amici.

Wiltu von Andern was guts haben/

So biß auch milt mitt deinen Gaben.

*Hilarem datorem diligit Dominus.*

Dat bene, dat multum, qui dat cum mune-  
re uultum.

Item:

Da facie læta: sine læticia faciei

Quod dederis, perdes ré meritumq; rei.

Item:

Qui dare uult alijs, nō debet dicere, Vultis?

Item:

Si des plorando, perdis tua munera dádo.

Wiltu eim guts thun vnd was geben/

Biß frölich vnd willig darneben:

Dem was man gibt mitt traurigkeit/

Bringt weder rhum noch danckbarkeit.

*Homo*

*Homo homini Deus.*

Dum bene uult, facile quit homo succurre-  
re cuiq;.

Item:

Lædere qui potuit, prodesse aliquando ua-  
lebit.

Ein Mensch dem andern wol kan dienen /  
Soll sich auch billich sparen niemen.

C A E C I T A S.

*Cæci uita miserrima.*

Cæcus inops dictus, quamuis uarijs sit ami-  
ctus.

Item:

Cæcos cum claudis in fine uenire uidebis.

Ein blind Man ist ein armer Man /  
Trüg er gleich gute Kleider an.

*Neq; cæcum ducem, neq; amentem con-  
sultorem adhibeas.*

Cæcus agens cæcum, facit ipsum sternere  
secum.

Item:

Si cæcus cæcum conatur ducere secum,  
In foueam ductor cadit, atque deinde se-  
cutor.

Ein Blinder so fährt sein Gefellen /  
Thut ihn mit sich in d'Gruben fellen.

C A.

44 CARMINVM PROVERBIAL,  
CALVMNIA ET IN-  
famia.

*A vicinis ac municipibus vicinorum  
ac municipum scelera prodi  
solent.*

Est patriota meus, mea scandala dicere pro

Item: (ptus.

Fit mea culpa nota, narrante meo patriota,

Item:

Qui se non noscat, vicini iurgia poscat.

*Landfleit vnd Nachbaurn halt in ehren!*

*Wiltu dein schand nicht von ihn hören.*

*Falsum probrum non perueniat*

*ultra aures.*

Si decus est moru, ne cures uerba maloru.

Item:

Si non morderis, cane quid latrate uereris?

*Bistu an tugendt wolgethan!*

*Acht nicht was sag ein böser Man.*

*Non est remedium aduersus sycophan-*

*ta morsum.*

Affligit tortor, grauis affligitq; loquutor.

Item:

Cunctoru, multis eget, implens ora farinis.

Item:

Dicitur absente me, quod non me praesidente.

Item:

Item:

Lingua citò lædit, sed læsio rarò recedit.

Item:

Os hostis rarò loquitur bona nõ sibi charo.

Item:

Qui mea post tẽrga dicit mendacia uerba,  
Vëllem ut linguam perderet ipse suam.

Item:

Scindit uentosa gladio plus lingua dolosa.

Weil niemandt kan bewahren sich/  
Vor falscher Zungen hinderstich/  
Sagt man recht das; sie obereriffet  
Schlanger/Tracken/mitt ihrem gift.

CAMPANA.

En ego campana nõquam denuncio uana,  
Laudo Deum uerum, plebem uoco, cõgre-  
go clerum.

Item:

(go,

Funera plágo, fulgura frágo, sabbata pan-  
Excito létos, dissipo uétos, paco cruentos.

An einer Glocken kan man spõren/  
Die ding so ein Prediger ghõren/  
Gott loben vnd fũhren ein rechte lar/  
Das Volck versamlen vnd die Schar/  
Zur Kirchen vnd zu aller zucht/  
Bringt gut exempel/gute frucht/  
Auch einigkeit erhalten fein/  
Vndern Mitdienern vnd Brãdern sein.

CA.

46 CARMINVM PROVERBIAL.  
CAPTIVITAS.

Nil refert, uno constringi, uel pede bino.

Es ist ein kleiner vndercheid/  
Ein Bein im Stock oder allbeid.

CARITAS.

*Quisq; vili emere studet.*

Taxatur carè, quod uendetur preciosè.

Wolfeil kan man nicht bieten wol/  
Was theuwr ist vnd viel gelten sol.

*Qua cara sunt, meliora censentur.*

Salmo uilefcit, nummo dum gobio crescit.

Wenn Koben theuwr werden in eyl/  
So wird der Salme bald wolfeil.

Carè taxata, non est res uendita grata.

Wer allzu theuwr bieten wil/  
Der wird nicht Wahr verkauffen vil.

CASTITAS ET VIR-  
GINITAS.

*Casta placent superis.*

Despice fœtorè Veneris, sectare pudorem.

Item:

Dilige munditiã super omnia munera pri-  
mam: (bis.

Si mundus fueris, Christũ super astra uide;

Sãhr hie ein rein Gottselig leben/  
So wird dir auch das Ewig geben.

*Nabere*

*Nubere melius est quàm uri.*

Virgo matura, nisi nubat, erit ruitura.

Wiltu dein Tochter froh behalten/

So soltu sie nicht lassen veralten.

*Nulla reparabilis arte, laesa pudicitia est.*

Bis duo notavi, quæ non possunt reuocari:  
Virginitas, tæpus, dictû uerbumq; iuuetus.

Item:

Clericus ad bella pronus, lasciuia puella,  
Martius in flore, caret horum finis honore.

Item:

Per Veneris morem uirgo citò perdit honorem.

Keuschheit bewar ob allen dingen/

Demu sie nicht wider ist zubringen.

*Virginem vitiare fas non est.*

Est magnû crimé, corrûpere uirginis hymé.

Wer Jungfrauen zu fahl thut bringen/

Dem wird es nimmer wol gelingen.

CIBI ET POTIONES.

Non bene prædebit, potu quicûq; carebit.

Viel essen vnd nichts trincken/

Macht mir mein Herz versinken.

Non omne est saluum, quod temerè mittis  
in alium:

Quod tibi sit sanû uideas, non quotidianû.

Wer

48 CARMINVM PROVERBIAL:

Wer nicht wil werden schwäch vnd tranck/  
Sol vndercheiden Speis vnd Tranck/  
Vnd jedes brauchen nach gebür/  
Nuch niesig leben für vnd für.

*Acetum. vide infra Cereuisia.*

*Anguilla. vide infra Caseus.*

*Animalium viscera.*

Egeritur tardè cor, cōcoquitur quoq; durè:  
Sic quoque uentriculus, tamen exteriora  
probantur: (næ:

Reddit lingua bonum nutrimentū medici  
Cōcoctu facilis pulmo est, citò labitur ipse:  
Est melius cerebrū gallinæ q̄ reliquorum.

Item:

Ilia porcorū bona sunt, mala sint reliquorū.

*Anisum.*

Copia dulcoris anisi sit melioris:

Emēdat uisum, stomachū cōfortat anisum.

*Aqua.*

Potus aquæ sumptus comedenti incom-  
moda præstat, (cibus.

Hinc friget stomachus, crudus & inde

*Aues.*

Nans auis est lentè, uerrès torrenda repètè.

Item:

Sunt bona gallina, & capo, turtur, sturna,  
columba,

Quiscula,



Quiscula, phasiades, merule, simul ortygo-  
metra, (lus.

Perdix, frigellusq; otis, tremulusq; amarel  
*Butyrum.*

Lenit & humectat, soluit sine febre butyrū.

Item:

Mitem, nec mirū, dat sensum dulce butyrū.

*Carnes.*

Dulcior est caro, quæ magis ossibus hæret  
ubiq;

*Porcinæ.*

Carnes porcinae cum cepis sunt medicinae.

Item:

Est caro porcina sine uino peior ouina:  
Si tribuis uina, tunc est cibus & medicina.

*Vitulina.*

Pro cibo dimidio carnes uituli reputato.

Item:

Sunt nutritiuae multum carnes uitulinae.

*Casus.*

Casus allatus conuiuis est malè gratus:  
Nam sua natura non signat fercula plura.

Item:

Casus, anguilla, mortis cibus ille uel illa,  
Ni bibas & rebibas, & rebibendo bibas.

Item:

Casus est gelidus, stipans, crassus, quoque  
durus.

d

Item:

Item:

Caseus est nequá: quia digerit omnia, se q̄.

Item:

Caseus &amp; cepæ ueniunt ad prandia sæpe.

Item:

Caseus & panis sunt optima fercula sanis:  
Si nō sunt sani, tunc hunc nō iungito pani.

Item:

Ignari Medici me dicunt esse nocuum:

Et tamé ignorant, cur nocuméta feram.  
Expertis reor esse ratú, quia commoditate

Languéti stomacho caseus addit opem.

Caseus ante cibū confert, si defluat aluus:

Si constipetur, terminet ille dapes.

Item:

Non Argus, Largus, non Mathusalem, Ma-  
dalene,

Non Iob, non Lasarus, caseus ille bonus.

*Cepæ.*Contritis cepis loca denudata capillis  
Sæpe fricans, capitis poteris reparare deco

Item:

(rem.

De cepis Medici non consentire uidentur.

Fellitis non esse bonas, ait ipse Galenus:

Phlegmaticis uerò multum putat esse salu-  
breis.Non modicū sanas Asclepius adserit illas,  
Præ

Præsertim stomacho, pulchrumque creare  
colorem.

*Cerasa.*

Si cerasum comedas, tibi confert grandia  
dona, (bitollit,

Expurgat stomachum, nucleus lapidem ti-  
Hinc melior toto corpore sanguis inest.

*Cereuisia.*

Crassos humores nutrit cereuisia, uires  
Præstat, & augmentat carnem, generatque  
cruorem, (inflat,

Prouocat urinam, uetrem quoque mollit, &  
Frigidat & modicum. Sed plus desiccatur  
tum, (minorat,

Frigidat, emaceratque, melanch. dat, sperma  
Siccis infestat nervos, & pingua ficit.

*Item:*

Non acidum sapiat cereuisia, sit bene clara,  
Ex granis sit cocta bonis satis, ac ueterata:  
De qua poterit, stomachus non inde gra-  
uetur.

*Cibi bene nutrientes.*

Nutrit triticum & impinguat, lac, caseus in  
fans,

Testiculi, porcina caro, cerebella, medullæ,  
Dulcia uina, cibus gustu iucundior, ota

Sorbilia, & ficus maturæ, uuæque recentes.

Item:

Oua recentia, uina rubentia, pinguia iura,  
Cum similia pura, naturæ sunt ualitura.

*Cibi infirmis noxy.*

Pêrluca, poma, pyra, & lac, caseus, & caro sal  
sa, (na,  
Et caro ceruina, & leporina, bouina, capri-  
Atra hæc bile nocent, suntque infirmis ini-  
mica.

*Condimentum.*

Saluia, sal, uinû, piper, allia, petroselinum,  
Ex his fac sallam, ne sit commixtio falsa.

*CROCUS.*

Confortare crocum dixerunt exhilarâdo,  
Artus defectos reficitq; hepar reparatque.

Item:

Crocus assumptus pulchrû dat tibi coloré,  
Et mollit pectus, prauû purgatq; cruorem.

*Fœniculum.*

Semen fœniculi pellit spiracula culi.

*Fungi.*

Vsu fungorum caueas ne decipiâris:  
Nam sunt mortiferi, uitiorû suntq; datiuû.

*Halec.*

Halec assatum Thuringis est bene gratum,  
De solo capite faciunt sibi fercula quinque.

LAC.

*Lac.*

Lac *φθισιμοis* sanū caprinum, postq; cameli,  
Ac nutritium plus omnibus est asininum,  
Plus nutritiuū uaccinū sit, quoq; ouinum,  
Adsit si febris, caput & doleat, fugiēdū est.

*Marathrum.*

Bis duo dat marathrum : febres fugat atq;  
uenenum,  
Et purgat stomachum, lumē quoq; reddit  
acutum.

*Mespila.*

Multiplicant mictum, uentrem dant mespi  
la strictum: (ra.  
Mespila dura placēt, sed mollia sunt melio

*Muscatum.*

Humorem pellit muscatū sepe comestum,  
Alleuat pectus, cor, & præcordia pellit.

*Mustum.*

Impedit urinam mustū, soluit citò uētre:  
Hepatis *εμφραξιμ*, splenis generat lapidēq;.

Item:

Prouocat urinā mustū, citò soluit, & inflat.

*Nuces.*

Post pisces nux sit, post carnes caseus adsit.

Item:

Vnica nux prodest, nocet altera, tertia  
mors est.

54 CARMINVM PROVERBIAL.

*Oua.*

Post ouum molle, bonū haustum tibi tolle:  
Post durū bibe bis, sic lōgo tempore uiuis.

Item:

Regula presbyteri iubet hoc p lege teneri,  
Quòd bona sint oua, cādida, lōga, noua.

Item:

Singula post oua pocula sume noua.

Item:

Si sumas ouum, molle sit atq; nouum.

*Panis.*

Panis nō calidus, nec sit nimis inueteratus:  
Sed fermentatusq; sit oculatus, & bene co  
ctus,

Et falsus modicè, & granis ualidis electus.  
Non comedas crustam, choleram quia gi  
gnit, adustam.

Item:

Quando deest panis, tunc est cibus omnis  
inanis.

*Persica.*

Persica cū musto uobis datur ordine iusto  
Sumere, sic est mos nucibus sociando race  
mos.

*Piper.*

Quod piper est nigrum, non est dissoluere  
pigrum,

Phlegmata

Phlegmata purgabit, cōcoctricēq; iuuabit:  
Leucopiper stomacho prodest, tussiq; do-  
loriq;

Vtile, præueniet motum febrisq; rigorem.

*Pisa.*

Pisum laudandum nunc sumpsimus ac re-  
probandum:

Est inflatiuum cum pellibus atq; nociuum:  
Pellibus ablatis, est bona pisa satis.

*Pisces.*

Sint costi uino pisces cum petroselino.

Si pisces molles sūt, magno corpore tolles:

Si pisces duri, parui sunt plus ualituri.

*Porrum.*

Reddit fœcundas māsūm per sepe puellas,  
Manātemq; potes naris retinere cruorem,  
Vngas si nares intus medicamine tali.

*Pruna.*

Frigida sunt, laxant, multum profunt tibi  
pruna.

*Pulmentum.*

Esto pulmentū, quia non est læsio dentum.

*Pyra.*

Adde pyro potū, nux est medicina ueneno.

Item:

Aegrotare potes, nisi uinū post pyra potes.

d 4 Item:

56 CARMINVM PROVERBIAL.

Item:

Cruda grauant stomachum, releuant pyra  
cocta grauatum,

Item:

Cum coquis, antidotum pyra sunt: sed cru-  
da, uenenum.

Item:

Dū pyra māducas, pro cōsuetudine ducas,  
Vt citius potes, quicquid habere potes.

Item:

Fert pyra nostra pyrus, sine uino sunt pyra  
uirus.

Si pyra sunt uirus, sit maledicta pyrus.

Item:

Post pyra da potū, post pomū uade cacatū.

*Rapa,*

Rapa iuuat stomachum, nouit producere  
uentum,

Prouocat urinā, præstatq; in dente ruinam:

Si malè cocta datur, tibi torsio sic genera-  
tur.

*Sal,*

Desiccatur humidū sal, non sapidūq; saporat,  
Subtilat grossum, fœtorem pellit odorum.

Item:

Vas condimenti præponi debet edenti:

Sal uirus refugat, rectè insipidūq; saporat,

Non sapit esca, pbè, quæ datur absq; sale.

Item:



Item:

Vrunt res falsæ uisum, semenq; minorant,  
Et generat scabiem, pruritū, siue uigorem.

*Serum.*

Inciditq;, lauat, penetrat, mundat quoque  
serum.

*Sinapi.*

Est modicū granum, siccū calidūq; sinapi,  
Dat lachrymas, purgatq; caput, tollitq; ue-  
nenum.

*Vinum.*

Corpora plus augent tibi dulcia, cādida ui

Item: (na.

Dat purum uinum tibi commoda plurima:  
primū

Confortat cerebrum, stomachum reddit ti  
bi lætum,

Fumos euacuat, & uiscera plena relaxat,

Acuit ingeniū, uisum nutrit, leuat aures,

Corpus pinguat, uitā facit atq; robustā.

Item:

Dum saltant atomi, patet excellentia uini.

Item:

Gignit & humores melius uinū meliores:

Si fuerit nigrū, corpus reddit tibi pigrum.

Item:

(illis:

Si bona uina cupis, quinq; hæc laudatur in

d 5

Fortia,

58 CARMINVM PROVERBIAL!  
Fortia, formosa, & fragrãtia, frigida, frisca.

Item:

Si uinum rubrũ nimium quãdoq; bibatur,  
Venter stipatur, uox limpida turbificatur.

Item:

Vinum lymphatũ dulcescit, lædere nescit.

Item:

Vinum Rhenense decus est & gloria mészæ.

Item:

Vinũ sit clarumq; uetus, subtile, maturum,  
Ac bene dilutum, salies, moderamine sum-  
ptum.

Item:

Vina probãtur odore, sapore, liquore, colo-  
*Vippa.*

Bis duo uippa facit, mundat dentes, dat a-  
cutum

Visũ: quod minus est implet, minuit quod  
abundat.

*Vua .vide supra Persica.*

*Vua passa.*

Passula nõ spleni, tussi ualet, est bona reni.

### CONCORDIA.

*Concordia, amicitia vinculum.*

Lis odium gignit, charos cõcordia stringit.

*Eintrechtigkeit die Liebe bindet.*

*Bei hass man stãtce Kriege findt.*

*Mutua*

*Mutua defensio tutissima.*

Palmae quando lauant mutuò, se mutuò mundant.

Item:

Vtraq; mūdatur, dū palma palma lauatur.

Man soll einandern bhülfflich sein/

Wie ein Hand die ander macht rein.

*Paruis diues concordia rebus.*

Si cōcordemus, satis omnibus est quod habemus.

Will man freundlich vnd einig sein/

So hatt man genug allgemein.

C O N F E S S I O.

Semper celanda confessio, nec referenda.

Der ist für ein Schalck zu schelden/

So etwas auß; der Beicht thut melden.

*Qui peccatum fatetur, est innocens.*

Crimina ne celes, magna est medicina fateri.

Wer mitt reüwen bekennt sein sünd/

Vnd bus; thut/ist ein Gottes Kind.

C O N I E C T V R A.

Nidus testatur, ibi qualis auis dominatur.

Man mercket an dem Neste baldt/

Was für ein Vogel drinn sich halt.

*De fructu arbor cognoscitur.*

Affectus mētis operū patet experimentis.

Item:

60 CARMINVM PROVERBIAL

Item:

Arbor ut ex fructu, sic nequã noscitur a ctu.

Item:

Qualis erit mulier, tale coquebit olus.

Desß Baums art gibt die Frucht zumercken/  
Die Leut erkent man bey den wercken.

*E' cantu dignoscitur avis.*

Nequã per uerba, p odorẽ noscitur herba.

Bey den worten nimpt man wol ab/  
Was siñ vnd gmdt der Menschẽ hab.

*Protinus apparet, qua planta frugi-  
fera futura.*

Curuum se præbet, quod ad uncum cresce  
re debet.

Item:

Vrit maturẽ, quæ uult urtica manere.

An der Jugend man auch bald sicht/  
Warauff s' Alter werd sein gericht.

*Vultus proditor animi.*

Caluo uirtutes uariæ sunt atq; salutes:

Est sapiens, hilaris, plus uerax & liberalis.

Item:

Cautus homo cauit, quotquot natura nota

Item: (uit.

Cernitur in caliga, cruris quo fractio facta.

Item:

Cernitur in facie omnis secreta uoluntas.

Item:

Item:

Distortū uultū sequitur distortio morum.

Item:

Est facies testis, quales intrinsecus estis.

Item:

Hirsutus fallax, irascens, prodigus, audax.

Item:

In ruffa pelle, uix est animus sine felle.

Item:

Incōstans animus, oculus uagus, instabilis

pes,

(spes.

Sunt tria uitanda, de quo mihi nulla boni

Item:

Intima p̄ mores cognoscimus exteriores.

Item:

Noscitur ad nasū mulier q̄ uēdit omasum.

Item:

Per rubrā barbā, debes cognoscere nequā.

Multi nō rubram, sed habent cum crimine  
nigram.

Item:

Rarò breues humiles uidi, lōgos sapientes,

Albos audaces, ruffoq; colore fideles.

Item:

Si non uis falli, fugias consortia calui.

Item:

Si quæras sociū, nunquā iungas tibi luscū:

Rarò namq; uident lumina lusca fidem.

Item:

Item:

Vultu sæpe tacens signa loquentis habet.

Item:

Vultu talis eris, qualia mente geris.

## C O N S C I E N T I A.

*Conscientia mille testes.*

Scádala me uerè calidú rubrumq; dedêre.

Item:

Te prodit facies, tu mala cum facies.

Ein wenig schand die wermet wol/  
Und macht von röt das Angesicht vol.*Murus athenus esto, nil conscire sibi.*

Qui sibi nil conscit, securam mente quiescit.

Wer ein gut gewüßsen bey sich tregt/  
Zu nacht sich frölich schlaffen legt.*Nihil est miserius, quam animus ho-  
minis conscius.*

Consciis ipse sibi, de se putat omnia dici.

Item:

Degeneres trepidant animi, peioraq; uer-  
fant.

Item:

Heu miserum, quid agam? porto sub pecto-  
re plagam, (tem.

Tanquã si portem sub eodem pectore mor-

Ein böß gewüßsen/arges Hertz/  
Ist stãtz voll forcht/angst/sorg vnd schmerz.

C O N

CONSENSVS.

*Faciens & consentiens eidem pœna  
obnoxij.*

Pœnam consimilê clauus fert atq; foramê.

Item:

Si quis delinquit, ut Paulus apostolus inq̃t,

Qui consentit ei, sit reus ipse rei.

Dem der sündet/ vnd der mittstimpf/  
Gleiche straff allbeiden gesimpf.

CONSILIVM.

*Consilium post facta inutile.*

Non ad præteritû consul ualet, imò futurû.

Dieses ist nicht ein weiser raht/  
So erst kompt nach beschehener that.

*Consilium senile iuuenili præstat.*

Vtere consilio, uir amice, senum, tibi mádo.

Als oft dich sorg vnd noht angah/

So pflege alter Leuten raht.

*Gladiator in arena consilium capit.*

Si breue consilium, dicitur esse bonum.

Ein kurtzer raht/ doch wolbedacht/  
Hatt oft viel nutz vnd ehr gebracht.

*Multi pacifici sint tibi, & consiliarius*

*unus de mille.*

Auxilio multi sint, consilio tibi pauci.

Mitt vteiler hilff man fechten sol/  
Mitt wenigen rahtschlagen wol.

*Res*

64 CARMINVM PROVERBIALI

*Res sacra consultor.*

Consilio factū, non pœnitet esse peractum.

Item:

Vteré consilijs, ut sæpius inde iuueris.

Was man mit gutem raht anfeht/

Genœinlich es glüetlich aufgeht.

C O N S O R T I V M.

*Claudi vicinus subclaudicare disces.*

Ad mala facta malus socius socium trahit:

& sic

Fit malus & nequā, qui fuit antè bonus.

Item:

Dum spectant oculi læsos, læduntur & ipsi.

Item:

Eligé sanctorū consortia, non reproborum:

Qui conuersatur cum sanctis, sanctificatur.

Item:

Fili talis eris, qualem socium tibi quæris.

Item:

Illos deuita, quos infamat mala uita.

Item:

Per prauum socium, uir uenit in uicium.

Item:

(dem:

Qui iuxta claudos habitat, subclaudicat i-

Admixtusq; malis, dicitur esse malus.

Item:

Rebus in humanis tria sūt peiora uenenis:

Peruersus



LOCI COMMUNES. 65

Peruersus socius, mala foemina, falsus ami-  
Item: (cus.

Si sanctos sequeris, sanctus sic efficieris:  
Sed peruerteris, si peruersus socieris.

Item:

Sordibus implicitos prauosq; cauebis ami-  
cos:

Elige consorté, qui sanctá det tibi sortem.  
Item:

Surgit origo mali, de turpi saepe sodali.

Nichts schedlichers mag der Jugend sein/  
Denn böse Gesellschaft in gemein/  
Dardurch mancher in schand thut kommen/  
Darumb gesell dich zu den Frommen.

*Paulum fermenti totam fermentat  
massam.*

Hoc scio pro certo, qñ cum stercore certo,  
Vinco seu uincor, semper ego maculor.

Item:

Læditur à stimulo, quicūq; fricatur ab illo.

Item:

Omnia contacta denigrat pix calefacta.

Item:

Pix dum palpatur, palpando manus macu-  
latur.

Item:

Pomū corruptū citò corrūpit sibi iunctum.  
e Item:

Item:

Vnica praua pecus, inicit omne pecus.

Kein freundschaft hab mitt bösen Leuten/

Des gleichen weder zank noch streiten:

Denn wer sich viel nimpt ihren an/

Mus; zletzt schand oder schaden han.

*Simile simili gaudet.*

Cognitus in parte, fit per sociũ uir aperte.

Item:

Noscitur ex comite, qui nõ cognoscitur ex

Bey der Gesellschaft kennt man die Leut/ (se.

Denn gleich vnd gleich gesellt sich allzeit.

*Societas Leonina. vide Dominium.*

Ludi stultorum, dominorũ, siue luporum,

Non bene ludũtur: quia seria sæpe sequun-

Item:

(tur.

Non bonus est socius, qui comedit omnia

solus.

Mitt Wölfen/ Narren vnd Herren groß/

Auch mitt ein vugetreuwen Frosch/

Laf dich in kein gemeinschaft ein/

Wiltu dir selbs vor schaden sein.

CONSVETUDO.

*Ab assuetis non fit passio.*

Læditur in clune uir raro solens equitare.

Item:

Natis scintilla fabrorum non nocet ulla.

Gewohnheit

Gewonheit macht manchem ring ein sach/  
Der ihren sonst wer viel zuschwach.

*Difficile est, assuetâ derelinquere.*

Cattus de caseo tardè depellitur esô.

Item:

Consuetudo potè natura fortior ipsa est.

Item:

Fallere qui didicit, fallere semper amat.

Item:

Ire catenatus nescit canis inueteratus.

Item:

Qui pedit, dum uult: pedit, dū pedere non

Item:

(uult.

Quod noua testa capit, inueterata sapit.

Item:

Quod puer assuescit, leuiter dimittere ne-  
scit.

Gewonheit ist groß vnd schwer zulassen/  
Sonderlich die man jung thut fassen.

*Lex est & regio.*

Fœmina casta, securis acuta, cliêsq; fidelis,

Hæc tria Parrhisijs nūquã uel rarò uidebis.

Item:

Garrulus est Sueuus, malus hæreticusque

Bohemus,

Bauarus inçestat, Frâcus pernumina iurat,

Omnis hypocrisat Misnéfis, Saxoq; potat,

e 2

Britan-

68 CARMINVM PROVERBIAL.

Britannus dominũ prodit,rapit atq; Polo

Item: (nus.

Germani possunt cũctos tolerare labores:  
O` utinam possent sic tolerare sitim.

Item:

Halec assatum Thuringis est bene gratum,  
De solo capite faciunt sibi fercula quinq;.

Item:

In curta tunica Saxo saltat quasi pica.

Item:

Parrhisius locus egregius,mala gens, bona  
uilla:

Nam duo pastilla pro nũmo dantur in illa.

Item:

Quod terræ mos est,hoc terræ semper ho-  
nos est.

Item:

Si fueris Romæ,Romano uiuito more:

Si fueris alibi,uiuito sicut ibi.

Item:

Sunt loca ,sunt gentes , quibus & mactare  
parentes

Est fas & pietas,dum lōga superuenit etas.

Item:

Terræ ad quã pergis,cape mores, quos ibi

Item: (cernis.

Te seruare decet mores,illamq; loquelam,  
Eius telluris,ingola cuius eris.

Item:

Item:

Vita, genus, linguæ uarię, uariant regiones:  
Vna nequit cūctos regula distinguere mo-

Item: (res.

Vuestphalicus uir catholicus, nullius ami-  
cus,

Dum tibi dicit Aue, sicut ab hoste caue.

Ein jedes Land / ein jede Statt /  
Sein eigen sitt vnd gwonheit hatt /  
Die sie allein dunckt schön vnd recht /  
Wer anders thut / der wird verschmecht:  
Darumb wo du wilt ehrlich leben /  
Solt dich in des Orts brauch begeben /  
Vnd thun zugleich wie ander Leut /  
Oder von dannen ziehen weit.

CONTEMPTVS ET  
uilitas.

*Etiam capillus unus.*

Nullus tam prauus saccus, quin sit prece di  
Item: (gnus.

Quamuis sint modica, profunt tamen om-  
nia lucra.

Klein ding man nicht verachten sol /  
Kleine Brännlein trencken auch wol.

*Ex granis aceruus.*

Multa iuuāt collecta simul: nam plurimus  
amnem

e 3

Riuulus

Riuulus existēs gignit, scintillaq; flāmam.

Item:

Multa simul modica, magnū faciūt cumu-

Des; kleinen viel zusammen gschürt/ (lata.  
Zulest ein grosser hauffen wirdt.

*Frustra nihil.*

Nil est tam prauum, quod ad ullum nō ua-  
let usum.

Item:

Tam malè nil cūsum, quod nullum proficit  
ad usum.

Es wird so böse nichts gefunden/  
Man kan es brauchen je zu stunden.

*Melius il quàm nil.*

Gobio dum capitur, tunc piscis captus ha-  
betur.

Item:

Nō panis nullus, sed dimidius ualet ullus.

Item:

Plus ualet il, quàm nil: sit procul ergo nihil.

Item:

Sicut ego noui, plus testa pars ualet oui.

Ists nicht viel/so sey es doch ichts/  
Behüt vns lieber Gott vor nichts.

*Merx ultronea putet.*

Dicitur oblatū fore seruitiū malè gratum.

Ungebetner dienst ist vmbsonst/

*Erlanget*

Erlanget weder danck noch gunst.

*Neminem pro te contempnas.*

Parua necat moriū spatiosū uipera taurū,  
A' cane non magno sæpe tenetur aper.

Item:

Tu qui summa potes, ne despice parua po-  
tentem:

Nā prodesse potest, si quis obesse nequit.

Bistu gwaltig vnd hochgeacht/

Den kleineren drum nicht veracht:

Denn mancher wird geachtet ring/

Vnd richtet doch auß; grosse ding.

*Non curat testudo muscas.*

Si non morderis, cane quid latrâte uereris?

Item:

Si te conténunt homines, & friuola dicāt,  
Nil cōtra risus debes, quàm dicere, Mi sus.

Als spöttisch Leut solt dich nicht kehren/

Thu gleich als thetist sie nicht hören.

*Qui paruum contemnit, indignus  
est magno.*

Carnibus est dignus, qui bene mádit olus.

Item:

Dignus erit magno, qui parua capit iubi-  
lando.

Item:

Paruum seruabis, donec maiora parabis.

72 CARMINVM PROVERBIAL.

Welcher das klein acht zugerung/  
Dem gibt man nicht bald grosse ding.

*Rusticanum oratorem ne con-  
tempseris.*

Non conténatur, quisquis bene cōsiliatur.

Item:

Non sit neglecta serui sententia recta.

Item:

Sæpe etiã stultus fuit opportuna locutus:

Et celat nucleum arida testa bonum.

Ob vbel gredt sey oder wol/  
Nicht vff d Person man sehen sol.

Nicht vff d Person man sehen sol.

C O N V I V I V M.

*Consecratio mensa.*

In mensa residens, & pané non benedicēs,

Ille sedet quasi sus, & surget sicut asellus.

Welcher zu Tisch nidersitzet/  
Vnd spricht nicht das Benedizet/  
Wie ein Sauw setzt er sich nider/  
Vnd steht auff als ein Esel wider.

Vnd spricht nicht das Benedizet/  
Wie ein Sauw setzt er sich nider/  
Vnd steht auff als ein Esel wider.

Vnd steht auff als ein Esel wider.

Vnd steht auff als ein Esel wider.

Alma Dei dextra benedicat prádia nostra.

Item:

Escas p̄sentes benedic Deus & comedétes,

Potú seruorú benedic Deus alme tuorum,

Et reliquú munus benedicat trin⁹ & unus.

Item:

Hic eibus & potus à Christo sit benedictus.

Item:



Item:

Nos cōiuantes benedic Deus & epulātes,  
Vt laudem referāt, te semper & benedicāt.

Item:

Per te rex Christe, benedictus sit cibus iste.

Der den Himmel hatt besessen/  
Geseigne vns trincken vnd essen.

*Gratiarum actio.*

Gratia, laus, & honor, tibi sit rex Christe  
creator,

Qui nos pauisti potu, dapibus satiaisti.

Dem Herren Gott sey lob vnd preiß/  
Das wir sein satt von Trancck vnd Speiß.

Das wir sein satt von Trancck vnd Speiß.

*Mores mensæ.*

Absint à mensa, detractio, murmur & ira:  
Sed cum lætitia sumatur potus & esca.

Item:

Absint offensæ, cum fit celebratio mensæ.

Item:

Baltea laxabis, ad mēsam quando meabis,  
Ne sedeas mœstè, nec dissoluas inhonestè.

Item:

Dum cibus extat in ore tuo, potare cauto:  
In uasis offare decet, non ore repleto.  
Nec mappa dētēs tergas, oculosq; fluētes.

Item:

Dum cōiuaris, caueas ne multa loquaris.

e 5 Item:

74 CARMINVM PROVERBIAL.

Item:

Pocula dū sumis, immerge labra modestè:  
Qui propè fert nasum, potū non sumit ho-  
nestè.

Item:

Qua prandes hora, cultrum malè mittis in

Item: (ora.

Quisquis amat dictis absentū rodere famā,  
Hanc mensam uetitam nouerit esse sibi.

Item:

Sal primò poni debet, primoq; reponi:  
Non bene mensa tibi ponitur absq; sale.

Bey dem Tisch soltu trauren nicht/

Nicht hancen/auch niemand aufricht/

Das gschweyz sey auch nicht dein allein/

Speiß vnd Tranck nim mitt züchten ein/

Den Gürtel auch zuor weiter mach/

Nicht beim Tisch/das man dein nicht lach,

C V R A.

*Cor ne edito.*

A' nīmijs animū curis procul exime: nutu  
Fiunt & ueniunt omnia namq; Dei.

Item:

Cura facit canos, quamuis homo non ha-  
bet annos.

Item:

Mox erit antiquus semper curarū amicus.

Item:

Item:

Triste cor, ira frequens, mens raro gaudia  
uolens,

Hæc tria consumunt corpora sine breui.

Gehets gleich nicht als nach willen dein/  
Solt darumb nicht stâts traurig sein/  
Sonst machst dir selbst schmerzzen vnd pein/  
Drumb laß sorgen die Vögelcin.

CURIOSITAS.

*Multa non possunt simul fieri.*

Egregios cumulare libros, præ clara supellex:

Vnum sed melius uoluerit sæpe librum.

Item:

Pluribus intectus, minor est ad singula sensus.

Item:

Qui binos una lepores sectabitur hora,

Vno quandoque, quandoque carebit utroque.

Wer auff viel ding richtet sein sijn/  
Verbringet kaum eins mitt gewinn.

*Nihil inanius quam multa scire.*

Hic digitos maculat, qui cuncta foramina  
tentat.

Kein grössere thorheit wird gefunden/  
Denn alle ding wollen erkunden.

*Nodum in scirpo querere.*

Si cælum caderet, stans sedes nulla maneret.

Mancher hatt grosse sorg vergeben/  
Ob

Ob

76 CARMINVM PROVERBIAL.

So er wol möcht in rutwen leben.

*Qua supra nos, nihil ad nos.*

Ad secreta poli, curas extendere noli.

Item:

Scire rudes q̄rūt, quod docti nō doeuērūt.

Was dir z̄wüssen gebüret nicht/

Dahin dein gedancken nicht richt.

C V R S V S.

Currens lassatur, quò præcurrens agitatur.

Welcher den anderen thut jagen/

Wird auch können von mädē sagen.

C V S T O D I A.

Pax ibi seruatur, custodia quo dominatur.

Da man haltet gute hut/

Auch guter frid sich finden thut.

D A M N V M.

*Vexatio dat intellectum.*

Nescit homo uerè, quod habet, nisi cesset habere.

Item:

Quæ pro parte nocēt, plurima sæpe docēt.

Nach glittnem schaden wird man z̄wor/

Wiel weiser denn man was zuuor.

D E B I T V M.

*Reddite omnibus quod debetur.*

Creditor huic præstat, qui soluere debita curat.

Item:

Item:

Debita solve citò, ne damnum detur amico:

Si citò nō soluis, te spontè crimine uoluis:  
Soluere si tardas, fieri tibi grata retardas.

Item:

Expectás longè, non uult dimittere quæq;

Item:

Mutua quæ debes, ridendo soluere debes.

Dein schuld du bald mitt danck bezal/  
Auff daß man dir ein ander mal/  
In deiner noht gern diene mehr/  
Das wird dir bringen nutz vnd ehr.

DEVS.

*Creator per creaturas cognoscendus.*

Emicat ex ipsis diuina potentia rebus:

Et leuis est cæspes, qui probet esse Deū.

Item:

Floribus è medijs spirat diuina potestas:

Qua pascente, leuis pabula passer habet.

Item:

Omnis in orbe locus fert Deitatis opus.

Item:

Vel mihi planta suis Numen demonstrat  
ab herbis,

Præsentéq; refert una uel herba Deum.

*Deus*

78 CARMINVM PROVERBIAL:

*Deus non in manufactis templis habitat,  
nec manibus humanis colitur.*

Si Deus est, si cuncta tenet, si cuncta creauit,  
Nec domibus claudi uoluit, neque munus  
amauit:

Quærit adorari, non sibi dona dari.

*Deus ubiq; est.*

Enter, præsentem Deus est, & ubiq; potēter.  
Item:

Omnem habitum mundi totus Deus im-  
plet & ambit,

Quē tēplo cordis mēs pia semper habet.

Item:

Stans Deus hīc & ibi, regnat utrinq; sibi.

*Dei prædestinatio.*

Simpliciter Dominus electos semper ama-  
uit, (eius.

Odiuit reprobos, nisi quātum sunt opus

*Dei prouidentia.*

Nulla creatura fuerat, sed cuncta futura:

Omnia mente Dei poterāt prius illa teneri,  
Eius & obsequijs quasi facta potenter ha-  
beri: (erit.

Quippe Deo præsens tunc erat id quod  
Non mutatur. n. Deitas, nec habet uariari,  
Crescere uel minui, maiorūe minorūe pu-  
tari,

Nec

Nec magis est locuples, plusúe minúsue  
potens.

Sed Deus antè fuit, quàm res quæ tempo-  
ra præstant:

Hinc igitur restat, quia téporibus prior ex-  
tat,

Principiú sine fine Deus, lux prima deorú,  
Eius ad imperium sæcula sunt & erunt.

*Deo nihil occultum.*

Quàm uetus est Luna, scit cuncta creás De-  
us unà.

*Dominus dedit, Dominus abstulit.*

Dat Deus, & recipit sæpe quod ipse dedit.

Item:

Destruit & rodit fors omnia, q̄ Deus odit.

*Ex Deo omnia, & per illum, &  
in illum.*

Auro quid melius? Iaspis: quid Iaspide? Vir-  
tus:

Quid Virtute? Deus: quid Deitate? Nihil.

Item:

Cuncta potest facere Deus omnipotés, scio  
uerè.

Item:

Est sup omne Deus, rex Dominusq; meus.

Item:

Factum factori summo præponere noli.

Item:

80 CARMINVM PROVERBIAL:

Item:

Sicut arena maris numero caret atq; carebit,

Vtq; carent numeris fulgentia sidera cœli,  
Sic nec habēt numeros inclyta signa Dei.  
*Multa noris oportet, quibus Deum  
fallas.*

Fallere mortale, res est tenuissima, uisum:  
Lumina quis fallat semper aperta Dei?

Item:

Omnia qui cernit, frangit Deus omne superbum:

Ah miser, hunc qui se fallere posse putat:

*Serò Iupiter dipteram inspexit. vide  
Peccatum.*

Scit conuiuere Deus, ergo Deum reuerere:  
*Si Deus nobiscum, quis contra nos?*

In Domino dirum mortificabo uirum.

Item:

Non mendax Deus est, promissa fideliter implet:

Credite desertos non finit esse suos.

*Sine ope diuina nihil ualemus.*

Absq; Deo facta sua qui disponere curat,  
Huius amor uerè non multo tēpore durat:

Item:

Doctores opifex Deus efficit & sapientes.

Item:



Item:

Ex ope cœlesti fit, si quid habetur honesti:  
Et uenit à superis, ut agas bene uel medite

Item: (ris.

Frustra conatur, cui non Deus auxiliatur.

Item:

Prouidet & tribuit Deus & labor omnia  
nobis:

Proficit absq; Deo nullus in orbe labor.

Item:

Virtutū munus præstare potest Deus unus.

*Timor Dei initium sapientiæ.*

Cū quis turpe facit, & me spectate rubescit,  
Cur spectante Deo non magis ille rubet?

Item:

In studijs toto Dominū cole pectore Chri-  
Is parui merces magna laboris erit. (stū,

Item:

Omnibus in factis, peragēdis siue peractis,  
Debet proponi Deus humanæ rationi.

Item:

Quicquid agis, Domini laudem fratrisque  
salutem

Respice: de fructu uiderit ipse Deus.

*Vtrò Deus suppeditat bona:*

Ex panib. quinis, ex pisciculis quoq; binis,  
Manus diuina satiauit millia quina.

f

Item:

Item:

Nullus censetur pauper inopsq; putetur,  
Quin citò ditetur, Deus huic si propitietur.

CHRISTVS.

E' téplo gentes Christus percussit emétes.

Kein Kauffmañschafft ghört ins Gottshaus;/

Des hatt sie Christus getrieben drauß.

Morbis, signa, cibus, blasphemia, dogma,  
fuère

Causæ cur Dominum turba secuta fuit.

Christo folgt nach ein grosse Schar/

Die doch nicht all geldübig war/

Sonder krank oder hungertig/

Gottsesterer oder wunderig.

Prima domus Christi, fuit alius uirginis al  
mæ, (chrum.

Altera præsepe, crux tertia, quarta sepul-

Als Christus ist auff Erden kommen/

Hatt er vier Wohnungen eingenommen:

Mariæ Leib/ein Kripffen klein/

Das Creutz/zulest ein holer Stein.

*Christus est via, veritas & vita.*

Est Christus lignú uite, de uirgine nascens,

Nos uerbis, nos exéplis, nos nectare pascés.

Item:

Filius ipse Dei spes nostræ progeniei,

Auctor honestatis, fons perpetuę bonitatis.

Item:

Item:

Qui moritur Christo, uiuit: qui uiuus in il-  
lo est, (adest.

Non moritur: non est mors, ubi Christus

Item:

Tu uia, uita, salus, Iesu: credamus, Iesu,  
Fas, quòd tu nobis sis uia, uita, salus.

Item: (borem:

Vita labor nostra est: releuas tu Christe la-  
In te fit noster, uita beata, labor.

*Christus excitatus est propter iustifica-  
tionem nostram.*

Nobis surrexit, qui nobis tartara fregit.

Item:

Ortus Christe tuus, tua mors, sunt omnia  
nostra:

Et nostrum est, cœli tēpla quòd alta subis.

*Christus morte sua mortem aboleuit.*

Aspice serue Dei, sic me posuere Iudæi:

Aspice deuote, quoniam sic pendeo pro te:

Vt uiuas, morior: non est dilectio maior:

Mortē morte demo, ne moriaris homo:

Item:

Est pugil fortis, qui frangit uincula mortis.

Item:

Frende sathã, freme mūde, caro fure, mors  
fera sæui:

f 2

Chri-

82 CARMINVM PROVERBIAL'

Christus.n. uictor scepra paterna tenet.

Item:

Mors tua, Christe, mihi uita est, uictoria, regnum:

Labe mea morior, sanguine uiuo tuo.

Item:

Nil Isaac patitur, aries fit uictima Christo:

Nec Deitas patitur, cum moriatur homo.

Item:

Vulnera, flagra, crucē pro nobis Christe tuli

Tu mihi fidēti tēpore mortis ades. (sti:

*Gratia Christi saluamur, non operibus.*

Christus cōfessum, licet omni crimine presum,

In quauis hora suscipit absq; mora.

Item:

Nemo petit cœlū, nisi per te Christe redem

A` te uera salus, nō aliunde uenit. (ptus:

Item:

Nudus ut in mundū ueni, sic nudus abibo:

Vulneribus Christus fit medicina meis.

Item:

Sola diuina saluandus sum medicina.

Item:

Summa Dei pietas ueniam nō dimidiabit,

Aut nihil, aut totum propiciando dabit.

Item:

(ni.

Virtus sola Dei nos crimine purgat ab om-

16

*In Christo omnes thesauri sapientie  
reconditi.*

Hoc est nescire, sine Christo plurima scire.

Item:

Quæ pietate caret, nō est doctrina putāda:  
Et Christū ignorās belua totus homo est.

*Magi ab oriente obtulerunt illi  
munera.*

Caspar fert myrrham, thus Melchior, Bal-  
thasar aurum.

*Qui recipit vos, mercepit.*

Charus legatus Christi, si Christus amatus.

*Sicut in Adam omnes moriuntur, ita &  
per Christum omnes uiuifi-  
cabuntur.*

Adā primus homo dānauit sæcula pōmo:  
Abstulit at damnum filius ipse Dei.

Item:

Arbore sub qua- Quod primus A- Sed postremus A Dāna prioris A- Si non primus A- Nō postremus A	} dam	} dictauit clericus A- peccauit in arbore qua- natus de uirgine qua- reparauit in arbore qua- peccasset in arbore qua- moretur in arbore qua-	} dam.
---------------------------------------------------------------------------------------------------------------	----------	--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------	--------

*Verbum caro factum est.*

Christus homo, Deus est: idē Deus, est ho-  
mo Christus. (reri;

Si Deus est & homo, uult atq; potest mise-  
f 3 Quod

Quòd uelit, hoc homini confero: posse,  
Deo.

Item:

Christus uerus homo, uerus Deus, est cru-  
cifixus:

Sed caro, non Deitas, hostia mortis erat.

Item: (Etus:

Non pater, aut flatus, sed filius est homo fa-  
Ná per qué fecit Deus omnia, iurè refecit.

Item:

Sum quod eram, nec eram quod sum, núc  
dicor utrunq;.

SPIRITVS S.

*Corpus uestrum templum est habitantis  
in uobis Spiritus S.*

Quàm felix anima est, in qua sibi ponere se  
dem

Dignatur summi spiritus ipse Dei.

Item:

Qui nescit fraudes, æstuq; libidinis ardet,  
Ille nequit templum Flaminis esse sacri.

TRINITAS.

*Pater, Filius, & Spiritus S. unus Deus  
in tribus personis.*

Est pater, est natus Deus, est & Spiritus al-  
mus. (rem,

Sol tibi splendorem semper parit atq; cale  
Sol,

Sol, calor, & splendor sed simul esse solent:  
Tres quoq; personæ sic sunt Deitate sub  
Item: (una.

Nix, glacies, & aqua, tria nomina, res tamē  
una:

Sic in personis trinus, Deus est tamē unus.

Item:

Omnia qui uerbo motū spirante creauit,  
Omnia nunc patrio seruat amore Deus.

DIABOLVS.

*Diabolus contrarius Deo.*

Dæmō ipse crucē fugit, ut malus undiq; lu  
Item: (cem.

Dæmon lucratur, à quo Deus expoliatur.

Item:

Lucifer ipse Deo similis fieri meditatus,  
Mox quasi peccator pro crimine præcipita  
tus:

Quippe Deo similis non erat esse datus.

*Satanas transfiguratur in ange-  
lum lucis.*

Angelico lucet sæpe colore sathan.

Item:

Cum dæmon aliquē confundere uult ma-  
ledictum,

Nititur ut longum sibi circumponat ami-  
ctum.

f 4 Item:

38 CARMINVM PROVERBIAL.

Item:

Dæmon quò poterat nulla ratione uenire,  
Illuc legatos destinat ire suos.

Item:

Præco uenit sathanæ, quò nō ualet ipse ue-  
nire.

D I F F E R E N T I A L E S.

*Accuso, incuso.*

Incuso dominos, accuso sæpe minores.

*Acies, acumen.*

Est acies belli, sed acumen fit tibi cultri.

Item:

Est acies oculi, ferri, belliq; caterua.

*Acor, mucor, rancor.*

Carnis rancor, acor uini, mucor quoq; pa-  
nis.

*Acus, us: acus, eris.*

Puncta pungit acus, gallinis spargitur acus.

*Adeps, aruina, pinguedo.*

Intus adeps, aruina foris, pinguedoq; quis.

*Aeger, ægrotus.*

Ingemit ægrotus, quia languet corpore to-  
tus:

Aeger læguescit, mētis uitium quia crescit.

*Aequor, fretum, mare, pontus.*

Cum fremit, esse fretum: mare dicas, cum  
sit amarum:

Pontus,



Pontus, ponte caret: sed ab æquo, dicitur æquor.

*Aequus, equus.*

Miles pūgit equū, sed iudex iudicat æquū.

Item:

Non est dignus equo, cui charior est equus æquo.

*Affinis, confinis.*

Affinis genere, confinis proximitate.

*Alba.*

Dicitur urbs Alba, uestitur presbyter alba.

*Ales, volucris.*

Si uolat, uolucris: ales, si gesserit alas.

*Altercari, litigare.*

Litē dant homines; altercanturq; sophistę.

*Alumnus.*

Est & qui nutrit, & qui nutritur, alumnus.

*Aluus, venter, uterus.*

Venter consumit, uterus parit, egerit aluus.

*Amita, auunculus, matertera,*

*patruus.*

Sunt patroi, patris fratres: amitæq; sorores:

Frater, auunculus est: soror est matertera matris.

*Amurca, fax.*

Fæx uini tibi sit, olei dicatur amurca.

f s *Anceps,*

*Anceps, auceps.*Est dubius anceps, uolucrem sed decipit  
anceps.*Anus, us: annus, i.*Forma senilis anus, pars quædam corporis  
anus.*Apocope, paragoge: epenthesis, syncope.*Synropa de medio tollit, quod epenthesis  
auget:

Aufert apocope finē, quem dat paragoge.

*Aquila, aquilo.*

Dicaquilā, uolucrē: uentū dicas aquilonē.

*Ara, hara.*

Est hara porcorū, sed dicitur ara deorum.

*Arcus, ars, arx.*Ars docet, arx munit, arcus tegit, & ferit i-  
dem.*Ardeo.*Ardet mens, ardet clypeus, focus ardet &  
ædes: (illa.

Hæc amat, hæc splendet, hæc urit, &amp; uritur

*Arundo, hirundo, hirudo.*

Ales hirūdo uolat, nat hirudo, agitur arū-

Item: (do.

Cantat hirūdo, floret arundo, natat hirudo.

Item:

Cantat hirūdo, fugit hirudo, crescit arūdo.

*As.*

*As.*

As obolus, pondus, as est possessio tota.

*Asilus, asylum.*

Turbat asilus apes, miseris succurrit asylū.

*Affensus, consensus.*

Affensum uerbis, cōsensum dic fore factis.

*Auarus, parcus: largus, prodigus.*

Prodigus est, animi uitio retinēda profun-  
dens: (ter:

Largus, qui sumptus facit ex ratione liben

Parcus, qui retinet quicquid non postulat  
usus: (rus.

Nā retinet cupidè, quod res deposcit, aua-  
*Aura.*

Aëra, splendorē, uentū simul atq; fauorem,

Quatuor hæc aura significare solet.

*Basium, osculum, suauium.*

Basia coniugibus, sed oscula datur amicis,

Suauia lasciuis miscentur grata puellis.

*Bellum, duellum, pugna, praelium.*

Militis est bellum, fortis pugilisq; duellū,

Pugnaq; uirorū, sed prælia dic mulierum.

*Cælo, cæla.*

Qui sculpsit, cælat: seruans abscondita, celat.

*Cæsaries, coma, crinis, iuba.*

Est coma quadrupedis, colubri iuba siue  
leonis,

Cæsaries

92 CARMINVM PROVERBIAL.

Cæsaries hominis, crinis propriè mulieris.

*Calx.*

Pars pedis est hic calx, combustus calculus  
hæc calx.

*Camera, thalamus.*

Sit thalamus sponsi, dic cameram esse scho-  
laris.

*Candeo.*

Candida res candet, & ferri lamina cãdet.

*Canis.*

Latrat in æde canis, nat in æquore, fulget  
in astris.

*Capistrum, frenum.*

De ferro frenum, cõstat de fune capistrum.

*Carbo, pruna.*

Dũ calet, est pruna: carbo, dũ deficit ignis.

*Cassis, is: cassis, idis.*

Fallit aues cassis, munit caput ænea cassis.

Item:

Hæc cassis, galea: hic cassis, rete uocatur.

*Caulis, caula.*

Dic caules olera, dicuntur ouilia caulæ.

*Cerno, considero.*

Corporeis oculis cerno, considero mente.

*Cetus, cætus.*

Est piscis cetus, populi collectio cætus:

Cetus, ti, piscis; cætus, tus, concio plebis.

*Cingula,*

*Cingula, cingulum.*

Cingula sunt hominum, cingula stringit equum.

*Claritas, claritudo.*

Claritas splendoris, claritudo nobilitatis.

*Clava, clavis, clauus.*

Clava ferit, clavis aperit, clauus duo iungit,  
Induo te clavo, rege clavo, percutite clava.

*Cochlea.*

Dic cochleam, turris scalam, testamque; limacis.

*Cæno, iento.*

Ientamus manè, cœnamus uespere factò.

*Cæpi, memini, noui, odi.*

Bis duo sunt, odi, noui, cæpi, meminique,  
Quæ retinet sensum præsentis præteritiq;

*Collega, comes, consors, sodalis,*

*socius.*

Cõsortes cõiungit amor, socios labor unus,  
Missio collegas ad eundem copulat actum,  
Ast eadem comites unit uia, mēsa sodales.

*Colo.*

Agros, rus, formam, supos colit atq; parentes.

*Colus, colum.*

Fert ancilla colum, penetrat res humida colum.

*Cominus, eminus.*

Eminus ad longè, sed cominus ad propè  
spectat.

*Concipio.*

94 CARMINVM PROVERBIALĀ

*Concipio.*

Concipit hic mēte, mulier sed cōcipit alio.

*Conduco, loco.*

Conducit, dantis precium: locat, accipiētis.

*Confiteor, fateor.*

Confiteor spontē, fateor mea facta coactē.

*Consulo.*

Consulo te, quærēs: tibi cōsulo, cōsiliū dās.

*Consultor, consultus.*

Consultor poscit, quod consultus bene no  
scit.

*Consummo, consumo.*

Cōsummāre uolo mea, sed cōsumere nolo.

*Conuentus, conuenticulum.*

Est monachorū conuētus uel monacharū,  
Sed conuenticulū dicas pietate carentum.

*Corona, diadema, laurea, sertum.*

Virginis est sertum, cleriq; corona, poētæ

Laurea, rex gestat diadema uel indupera  
tor.

*Corusco, mico, radio.*

Sol radiat, mucroq; micat, fulgorq; coru  
scat.

*Creo, screo.*

Iactans sputa screat, res Deus ipse creat.

*Cruor, sanguis.*

Sāguis alit corp<sup>9</sup>, cruor est à corpore fusus.

*CRUX.*

*CruX.*

CruX est tormentū, cruX est mirabile signū.

*Cubo cum compositis.*

Accūbens dormit, discūbens fercula sumit,  
Cōcūbens uiolat, procūbens numé adorat,  
Occūbés moritur, uictus succūbere fertur,  
Qui cubat, ille iacet, uigil excubat, incubat  
ales.

*Cubitum, cubatum.*

Sanus eo cubitū, malè sanus eo cubatum.

*Cuculus, cucullus.*

In syluis cuculū, in claustris quere cucullū.

*Decedo, discedo.*

Decedit moriēs, discedit ab urbe recedēs.

*Décoro, decóro.*

Quem ueneror, decoro: quem pulchrū red  
do, decoro.

*Decorus, pulcher.*

Te uestis pulchrū, reddit natura decorum.

*Delictum, peccatum.*

Sit tibi delictum, si non facies facienda:

Sit tibi peccatum, facies si non facienda.

*Dij, di.*

Scribe dij, lege di, si uis urbanus haberi.

*Diuēs, felix.*

Vir diuēs propriè, cui res succedit abundè:

Fœlix possessa tenet cum prosperitate.

*Donum,*

*Donum, munus.*

Dat meritū munus, sed cōfert gratia donū.

*Duco, nubo.*

Vir sponfam ducit, sed uiro fœmina nubit.

*Edico, indico.*

Edicunt reges, indicit festa sacerdos.

*Edo, sum.*Quòd lupo est agnum, non est mirabile  
magnum.*Eruca, tineas.*

Eruca caules, erodit tineas uestes.

*Facetus, lepidus.*

Est uerbis lepidus aliquis, factisq; facetus.

*Facies, uultus.*

Consistit facies, sed uultus sæpe mutatur.

*Facultas.*

Artes, diuitias, designat posse facultas.

*Falx.*

Falce puto uineam, meto fata, tōdeo prata.

*Falx, fax, faux.*Falx metit & scindit, fax urit, faux quoque  
mandit.*Falx, fas, fax, faux.* (licet.)

Faux est, fasq; licet, refecat falx, fax quoq;

*Fascis, fascēs.*

Pōdera sunt fascēs, fascēs dicūtur honores.

*Fistula,*



*Fistula.*

Fistula dulce canit, est morbus fistula du-  
rus.

*Flagro, fragro.*

Fla facit ardorem, sed fra largitur odorem.

*Flamen.*

Hoc flamē flatus, hic flamē presbyteratus.

*Fædus, i: fædus, eris.*

Sordidus est fædus, p pacto dicitur fædus.

*Forceps, forfex, forpex,*

Fex est filorum, ceps ferri, pexq; pilorum.

*Item:*

Forfice fila, pilū cape forpice, forcipe ferrū.

*Frons, dis: frons, tis.*

Frons frondis folium, frons frontis pars ca-  
pitis sit.

*Item:*

Frons frontis caput est, frons frondis in ar-  
bore crescit.

*Fruor, fungor, potior, vescor, utor.*

Diuinis fruimur, mundanis uescimur escis.

Vescimur & potu, fungimur officio,

Vtimur utilibus, exoptatisq; potimur.

*Fugio, fugo.*

Audacem fugio, sed timidumq; fugo.

*Fulgere, lucere, nitere.*

Gemma nitet, sydus fulget, cādelaq; lucet.

g Fundus.

98 CARMINVM PROVERBIAL.

*Fundus, funda.*

Fundus fundit opes, diffundit funda lapillos.

*Fur, fursur.*

Fur simplex est latro, geminatum fit cibus apro.

*Fur, latro.*

Fur latet in furno, latro se fert obuius ultro.

Item:

Fur nō est latro: quia tēpore fur rapit atro,  
Tēpore nō atro, rapit omnes res tibi latro.

*Galea, galea.*

Miles habet galeā, sed habet pirata galæā.

*Galerus, mitra, pileus, tiara.*

Pileus est iuuenū, peregrinātumq; galerus,  
Præsulum est mitra, sit nobiliumq; tiara.

*Gallus.*

Gallus auis, populus, fluuius, Bacchiq; sacerdos.

*Genero, gigno, pario.*

Fœmina sola parit, generat uir, gignit uterque.

*Gestio, gesto.*

Gestio, dum cupio: gesto, dū pōdera porto.

*Glans.*

Funda iacit glādes, nascūtur in arbore glādes,

*Glis,*

*Glis, ris: glis, sis: glis, tis.*

Glis animal, glis terra tenax, glis lappa uocatur.

*Grates, gratia.*

Gratia sit Christo, grates referamus amico.

*Hospes.*

Est qui suscipitur, & q me suscipit, hospes.

*Hostia, uictima.*

Victima p uictis, datur hostia p superandis.

*Humus, solum, tellus, terra.*

Humor humum reddit, terram terit usus aratri,

Estq; solum solidu, tellus se tollit in altum.

*Iacto.*

Qui iacit, hic iactat: qui laudat se, quoque iactat.

*Iam.*

Iam praesens, iam praeteritum, dic iamq; futurum.

*Imber, nimbus, pluuia.*

Dum pluit, est pluuia: nimbus, dum nubibus haeret:

Dum tactu terram imbuat, imber erit.

*Intrico.*

Impedit intricat. nec non inuoluere signat.

*Iudex, sequester.*

Dicitur in causis iudex, in lite sequester.

*Labium, labrum.*

Sunt labra uirorū, sed labia sunt mulierum.

*Lacteo, lacto.*

Lacteo, lac fugo: lacto, lac præbeo nato.

*Lar.*

Lar casa, lar domus, lar ignis, larq; foramé,

Lar propriū nomé, genitiuus sit tibi Lartis.

*Lego.*

Fur aurū, uirgo flores, mare nauta, librosq;

Clericus, æquiucè singula quisq; legit.

*Lens, dis: lens, tis.*

Lens animal, lédis: lés pro legumine, létis.

Item:

Lens lendis capiti, lens lentis cōuenit ori.

Item:

Lens mordet per d, mordetur si capiat t.

*Lepus, lepor.*

In syluis léporem, in uerbis quære lepôré:

Ná lepus est animal, lepor est facūdia fādi.

*Libens, libo, libum.*

Liba libens libo, libando libentius ibo.

*Liber, beri: liber, bri.*

Liber est Bacchus, uel uir sine compede na

tus:

(tex.

Ac liber est codex, uel raptus ab arbore cōt

*Lira, lyra.*

Pollice tãgo lyrã, facio cum uomere liram.

*Littus,*

*Littus, margo, ripa.*

Margo tenet fōtes, mare littus, ripa fluētes.

*Lotium, urina.*

Vrinas hominum, sed lotia dic aſinorum.

*Luo.*

Aere luo pign<sup>9</sup>, cruce pœnas, luce tenebras.

*Lustrum.*

Lustra cubile feræ, quinquennia lustra fue-

Lustrū circuitus spatiū, purgatio, ſylua. (re,

*Luteus.*

Vas luteū fragile, toga lutea tegmen herile.

*Magister, minister.*

A' maiore ſtatu nomen traxere magiſtri,

A' minore ſtatu nomen traxere miniſtri.

*Mālus, mālus.*

In rate triſte malū, cū frangit nauita malū.

*Mamilla, mamma, ūber.*

Mamillas uir habet, pecus ubera, ſœmina,  
mamas.

*Manſer, nothus, ſpurius.*

Natus adulterio nothus, manſer m eretrice

De concubina ſpurius eſſe ſolet.

*Mentiri, nugari.*

Tunc homo nugatur, cum falſa loquens fa-  
bulatur:

Sed tunc mentitur, ſibi diſcors cum reperi-  
tur.

*Merces, merx.*

Védútur merces, operátib. est data merces.

*Mola, moles.*Non leuitate molæ, sed aquæ currit rota  
mole,*Musso.*Mussat qui dubitat, mussat qui murmurat  
idem.*Mutuo, mutuor.*

Mutuo tradendo, sed mutuor accipiendo,

*Nervus.*Nervio torqueris, in cippo quando teneris:  
Membraque firmantur nervis, quibus ossa  
ligantur.*Noxa, noxia.*

Noxia delictum, delinqués noxa uocatur.

*Nunquam, nusquam.*Ad tempus nunquam, sed pertinet ad loca  
nusquam.*Oblitus, oblitus.*Immemor oblitus notat, oblitus est macu-  
latus.*Opis, opes.*

Quærit pauper opem, quærit avarus opes.

*Ora, hora.*Oras mundus habet, nox horas, & chla-  
mys cras.*Orphae.*

*Orphanus, pupillus.*

Pupillus matre caret, orphanus est sine patre.

*Os, ris: os, sis.*

Deorat os oris, quicquid lucratur os ossis.

*Pabulum, pascuum.*

Pabula sunt hominis, sed pascua dic animalis.

*Palma.*

(ma.

Palma manus, palma est arbor, uictoria pal

*Palma, uictoria.*

Palma notat laudem belli, uictoria finem.

*Palpo.*

Palpo manu tractans, & palpo uocatur adularis.

*Pango.*

Panxi, cantavi: pepigi, dum foedus iniui:

Dū quid coniunxi, possū bene dicere pegi.

*Parens, pārens.*

Non sum prole parens, non sum nisi pareo parens.

*Pareo, pario, paro.*

Pareo praeceptis, paro mesam, pario prole.

*Patens, patulus.*

Aures dic patulas, oculos dic esse patentes.

*Pater.*

Est pater hic cura, pater est alius genitura,

g 4

Hic

Hic pater ætate, pater ille uocatur honore.

*Pax, requies.*

Pax adsit uiuis, requies æterna sepultis.

*Pecus.*

Est pecus hoc quod arat, pecus hæc quæ nõ iuga portat.

*Pendeo, pendo.*

Pédeo suspésus, pendo dū subleuo pōdus.

Item:

Péndere uult iustus, nõ uult pendère malignus.

*Pignus.*

Pignus in o natū, sed pignus in e uadiatum.

*Plāga, plāga.*

Vulnera sunt plagæ, regio plaga, sit plaga rete.

*Pōpulus, pōpulus.*

Popul⁹ est arbor, populus collectio plebis.

*Posse, potestas.*

Da potestatem domino, sed posse cuiuis.

*Proceres, procerus.*

Est procerū uerè, procerum corpus habere.

*Puella, uirgo.*

Virgo pudicitiam notat, ætatemq; puella.

*Quia, si, ut.*

Scito quòd Ut modus est, Si cōditio, Quia causa.

*Radius.*



*Radius.*

Dicas textoris radium, radiū quoq; solis.

*Regia, regio.*

Est regio, terra: sed regia, mansio regum.

*Regulus.*Regulus est serpens, avis, & rex paruulus  
omnis.*Robur.*

Nemo potest longè robur sine robore ferre.

*Rusticus, villicus.*

Rusticus à rure, quoniam rus est sibi curæ:

Villicus à uilla, quia res disponit in illa.

*Sal.*

Sal doctū reddit, sal condit, sal reprehēdit.

*Satio, saturo.*

Vno me satio, saturant me fercula multa.

*Securis, securus.*

Non sunt securi, qui dant sua colla securi.

Prima rubens unda, ranarū plagā secunda,  
Igde, culex tristis, pōst musca nocētior istis,  
Quinta pecus strauit, uescas sexta creauit,  
Inde subit grādo, pōst bruchus dēte nefan-  
do,

Nona tegit solē, primā necat ultima prolē.

Item:

Sanguis, rana, culex, muscæ, pecus, ulcera,  
grando,

Bruchus, caligo, mors, obtinuere neçando.

Als Pharao Gott wolt widerstehn/  
Musste er darob zu grund gehn/  
Vnd ward zu eim exempel gsetzt/  
Allen Sünderen auff der Welt.

*Canis peccatum sus dependit.*

Quod sus peccauit, sricula sæpe luit.

Der vnschuldig oft tragen musz/  
Desz schuldigen verdiente busz.

*Mali puniendi.*

Iusti uexantur, nisi prauū corripiantur.

Item:



Item:

Vltio tarda fouet crimina, damna mouet:

Crimina non fieri, regia pœna facit.

Wo man die boſheit ſtraffet nicht/  
Daſelbſt allzeit viel vbelſ gleichicht.

*Mala malis eueniunt.*

Beſtia dicetur, qui te non Chriſte ueretur:

Quiq; malignus erit, mox ſine fruge perit.

Wer nicht will ſtraff vnd vnſähl leiden/  
Der ſoll boſheit vnd laſter meiden.

*Serò Iupiter dipteram inſpexit.*

Ad mala patrata, ſunt atra theatra parata.

Item:

Ad uada tot uadit urna, quòd ipſa cadit.

Item:

Ante Dei uultu nihil unquã reſtat inultum.

Item:

Noſtra Deus ſubitis non damnat crimina  
pœnis:

Compensat longas ſed grauitate moras.

Item:

Pœna uenit ſerò, ueniens à iudice uero.

Item:

Sentit adhuc proles, quòd commiſere pa-  
rentes:

Et quæ ſera uenit, magna ruina uenit.

s 5 Item:

Item:

Sen plebs, seu princeps, pœnas dabit impi-  
us omnis:

Effugiet nemo uindictis arma Dei.

Item:

Stat scelus occultû, sed nō remanebit inul-  
tuo iusta Dei digna refundit ei. tū:

Gott ist langsam mit seiner Rut/  
Lang und ernstlich er warnen thut:

So man aber d'warnung veracht/  
So strafft er mit der grösser macht.

So strafft er mit der grösser macht.

So strafft er mit der grösser macht.

## P E R E G R I N V S.

Delinquit citius ignotus, non bene uisus.

Ein Frömbden/so man nicht wol kent/  
Legt man auff eine schuld behende.

Legt man auff eine schuld behende.

## P E R E G R I N A T I O.

*Cælum, non animum mutant, qui trans  
mare currunt.*

Duc propè uel lōgè taurû, taurus redit ipse.

Item:

Parrhisios stolidû si quis transmittat a sellû,  
Si fuit hic asinus, non ibi fiet equus.

Item:

Stultus iens mille leucas, stultus redit ille.

Item:

Trans mare ducatur cattus, mau uocifera-  
tur.

D6

Ob gleich ein Gans fleugt vber Meer/  
Kompt doch ein Gagag herwider.

*Non semper domi manendum.*

Est puer in patria, quali bos nutritus in au-  
Ein Junger soll sein Leib nicht sparen/ (la-  
In frömbdem Land was huerfaren.

*Regredi praestat quàm male  
currere.*

Circumiens ualida non dicetur uia cui ua:

Item:

Non errat totū, faciens in calle regressum.

Item:

Si quis calle male fuerit, festinet ab illo.

Guter weg vmb/  
Der ist nicht trumb,

*Virtus, fida peregrinantis custos.*

Osq; manusq; serua, necnō genitalia mem-  
bra,

Sic trāsire loca poteris quæcunq; remota.

Wer wandlen will durch frömbde Land/  
Beware sein Mund vnd sein Hand/  
Darzu er ein keusch leben für/  
Das er nicht Leib vnd Gut verlier.

PERICVLVM.

Addiscens altè suspendi, strangulor antè.

Eh ich lernt hangen hoch entpor/  
Wer ich ertorget langist zuor.

*In periculoſo negotio non eſt dor-  
mitandum.*

Non ſtat ſecurus, qui protinus eſt ruiturus.

Der ſorget billich für und für /

Dem groſß unglück ſteht vor der Thür.

*Quem lupo committere.*

Non eſt cōſultum, ſuper ova ponere ſtultū.

Item:

Nunc eſt muricipi commiſſus caſeus ipſi.

Item:

Stultior eſt ſtulto, fatuum ponēs ſuper ova:

Nāq; ſuperpoſitus frāgere quæq; ſolet.

Die Narren ober Eyer ſetzen /

Thun ich ein groſſe thorbheit ſetzen.

P E R S E V E R A N T I A.

*Qui perſeuerauerit uſq; ad finem,  
ſaluus erit.*

Inſta, ne ceſſes, aderūt poſt ſemina meſſes,

Poſt lāchrymas riſus; poſt exiliū para diſus.

Item:

Præmiā uictōrum pendent à fine laborum:

Vt Scriptura ſonat, finis, nō pugna coronat.

Wer biß ans end verharren thut /

Dem wird zu theil das ewig gut.

P H I L A V T I A.

*Proximus ſum egomet mihi.*

Eſto bonus charis, ne tu damnum patiaris.

Item:

Item:

Si fueris quarum diuisor particularum,  
Hanc discas artem, maiore sumito partem.

Item: sic.

Te primò benedic: nã presbyter ipse facit

Bis: gassfrey vud milt Jederman/

Doch mehr dein Freund/ dir selbs voran.

*Suum cuiq; pulchrum.*

Excæcat stolidas. uentosa philautia mêtes,

Et uanis inflat corda superba notis.

Ein jeden Narren gfallt sein wets/

Und meint er hab den höchsten preis.

*Tunica pallio propior.*

Mittimus interdù, quò nolumus ire, catel-

Mancher dahin schicket sein Hund/ (lum.

Da er hintãm zu keiner stund.

P I C T U R A.

Qui pingit floré; non pingit floris odorem.

Ein Blümlein malen ist gemein/

Aber doch kein geruch darein.

P I E T A S. V I D E

Virtus.

*Diliges Dominum Deum tuum in toto cor-*  
*de tuo, & proximum tuum si-*

*cut te ipsum.*

Corde Deū toto cole, dilige: consule fratris

Hæ fidei summa est, hic pietatis apex.

Item:

Item:

Cur alios lædis, qui lædi forsan ab ipsis  
Nolueris? contra teq; Deumq; facis.

Item:

Dilige sic alios, ut te quoq; Christ⁹ amavit:  
Et grates toto pectore psalle Deo.

Item:

Hac desiderij Deus est pietate colendus,  
Iustitiæ ut merces tota sit ipse Deus.

Item:

Hic est Legis apex, hæc Vatū dogmata: cha-  
Primū sit Dominus, p̄ximus inde tibi.

Item:

Hoc facias homini, quod cupis ipse tibi.

Item:

In primis uenerare Deum, sed & inde pro-  
pinquum

Dilige: in hoc coeunt omnia iussa Dei.

Item:

Ipse Deus primas sibi uēdicat, ipse secūdas  
Proximus: id Vates sūmaq; Legis habēt.

Item:

Iussa Dei sunt hæc: Benefac, malefacta relin  
Sic facias alijs, sicut fieri cupis in te. (que:

Item:

Nūquā peccares, Dominū si semp amares.

Item:

Prima Deo pietas debetur, proxima fratri:  
Prima

Prima Deo, fratri cura secunda uacet.

Item: (rer:

Primus amor Domino, fratri sed cōgruit al  
Sic Lex, sic omnis nāq; Propheta iubet.

Item:

Quod sibi quis nolit fieri, non inferat ulli:  
Quin alijs faciat, ceu cupit ipse sibi.

Item: (noli:

Quod tibi uis fieri, mihi fac: quod non tibi,  
Sic potes in terris uiuere iure poli.

Item:

Sūma Deo pietas debetur, at altera fratri:  
Idq; chorus Varū, Lexq; uerēda docent.

*Die Erfüllung aller Gebott/*

*Steht in der liebe gegen Gott/*

*Darnach gegen dem Nächsten dein/*

*Dem solt als dir selbs gūnstig sein.*

*Pietas ad omnia utilis est.*

Atria sunt cœli menti patefacta fideli.

Item:

Christo iungūtur, sua q mādata sequūtur.

Item:

Crimina deuota, nam famā dat bona uita.

Item:

Fle, si solari: ieiuna, si saturari:

Da, si ditari: serui, si uis dominari.

Item:

Mente Deū gerere, peccata futura cauere,  
Mundum

288 CARMINVM PROVERBIAL.  
Mundū despicerē, cœlestia corda tenere,  
Hæc est sincera mentis sapientia uera.

Item:

O' quàm ditantur, qui cœlica regna lucratur,  
Quantū gaudebūt, quos gaudia summa replebunt:

Ergo fide pura te Christo subdere cura,  
Auxilio cuius fugies mala temporis huius.

Item:

Pro paucis iustis, multis parcetur iniquis.

Item:

Sēper gaudebit, Domini qui iussa tenebūt.

Item:

Si quis saluari uult perpetuoq; beari,  
Christo deuotū studeat se tradere totum.

Item:

Viuo tibi, moriorq; tibi dulcissime Iesu:  
Mortuus ac uiuus sum, maneoq; tuus.

Item:

Viue Deo gratus, toti mundo tumulatus,  
Pectore pacatus, semper transire paratus.

Item:

Viue Deo soli, quod amat caro q̄rere noli.

Item:

Viue diu, sed uiue Deo: nam uiuere mūdo,  
Mortis opus: uera est, uiuere, uita, Deo.

Item:

Viuerē coneris bene, nā bene sic morieris:  
Vix



Vix bene uiuentem uidi prauè moriétem.

Item:

Vtilis est pietas plus q̄ terrena potestas:

Nemo potestate saluatur, sed pietate.

Nichts loblichers auff Erden ist/

Denn ein frommer vnd rechter Christ:

Den belohnt Gott in dieser Zeit/

Vnd demnach auch in ewigkeit.

*Probitas laudatur & alget.*

Multos audiui sapientia uerba mouere,

Stultorum uerò mores actusq; tenere.

Mancher redt von tugenden recht/

Mitt wercken er sie doch verschmecht.

P O E N I T E N T I A.

*Pœniteat uos erroris, ut deleantur  
peccata uestra.*

Cor cõpungatur, os dicat, opusq; sequatur.

Item:

Fle pro peccatis, in cœlum scandere si uis.

Item:

Nemo dolet uerè, causas fugiat nisi culpæ.

Item:

Nunc locus est flendi, nunc est peccata do-  
lendi: (bunt.

Postea gaudebunt, qui nũc sua crimina fle-

Item:

Nũc tẽpus est flẽdi, locus & peccata luẽdi  
Postea

290 CARMINVM PROVERBIAL:  
Postea gaudebūt, qui nunc sua crimina fle-  
bunt.

Item:

Peccatum uerè faciat te sæpe dolere.

Item: (care:

Plange, dole, pia corda leua, ueniamq; pre-  
Sic uult offensus te lachrymare Deus.

Item:

Post peccata pudor prodest, post balnea su

Item: (dor-

Si malè fecisti, tunc respice uulnera Christi,  
Flecte genu, plora, Christū sapienter adora.

Item:

Si uis delere peccatum, dic Miserere:

Per Miserere mei, tollitur ira Dei.

Hastu sünd vnd vnrecht gethan/

So rüff Gott vmb verzeihung an/

Vnd nimb an dich ein besser leben/

So will dir Gott dein sünd vergeben.

*Pœnitentia sera. vide Prudentia.*

Quæ nimis est sera, non est confessio uera.

Die beicht so gar zuspat geschicht/

Helt man für keine wahre beicht.

P O S S I B I L I A.

Forſan curret aqua, quò quondã currere ui

Was ein mal ist worden gesehen/

(sa.

Kan ein ander mal wider gsehen.

P R A E

PRÆSENTIA.

*Domini oculus saginat equum.*

Ex visu Domini fit pulchritudo caballi.

Item:

Quæ tua sunt cerne, pigris cōmittere sper-

Item:

(ne.

Visus heri pulchrū facit ornatūq; caballū.

So du wilt das; dir geling/

So schauw selbs zu deinem ding.

PRÆCATIO ET

Votum.

Crede, quòd optantes sunt diuitias cumu-  
lantes.

Das glaubt gewüßlich alle gleich/

Die viel wünschē/weren gern reich.

*Dominum Deum tuum adorabis, &  
illum solum coles.*

A macula sordis munda precor intima cor

Item:

(dis.

Castus Deus mens est, casta uult mente uo-  
cari,

Et castas iussit pondus habere preces.

Item:

Christus rex regū, qui nō dormitat in æuū,  
Protegat hanc ædē, nec nō sine crimine ple

Item:

(bem.

Dignus adorari nō est Moyse nec Helias:

t 2

Hæc

292 CARMINVM PROVERBIAL.

Hæc Saluatori gloria sola datur.

Item:

Languo amore tui, Iesu, dulcissime Iesu,  
Tu mihi cor recrea: languo amore tui.

Item:

Mane precare Deum, quòd læta dies tibi  
plaudat:

Vespere, quòd tutus tēpora noctis agas.

Item:

Orandū est ut sit mēs sana in corpore sano:  
Cætera pro patrio faxit amore Deus.

Item:

Qui pius implorat Christum, feliciter orat.

Item:

Quisq; roget Christum, ueniēs ut liberet i-  
psū.

Item:

Sancta Columba super requiescis uertice  
Christi,

Sancta Colūba etiā me requiesce super.

Item:

Te precor omnipotēs, ut me tua gratia gra-  
Ad finē ducat, nauigātem per mare latum.

Item:

Vt cōtra stygiū pugnemus fortiter hostem,  
Suggere tu nobis pectus & arma Deus.

Wer hilff bedarff, der ruff zu Gott/

Er verlest ihn in seiner not.

Non

*Non quiduis continget quod  
optaris.*

Cælos non penetrat oratio, quâ canis orat.

Item:

Fert, ut plebs fatur, saccus, quod quisque  
precatur.

Item:

Tu pedis, & rogitō, saccus tamen est quasi  
uirgo.

Wenn wünschen hulffe in der noht/

So wurde niemandt beßen Brot.

*Orabo spiritu, sed orabo & mente.*

Corde fluens humili, fidaq; precatio mēte,  
Ardua perruptis nubibus astra subit.

Item:

Dū cor nō orat, nequicquâ lingua laborat.

Item:

Non uox, sed uotum: non musica carmina,  
sed cor:

Non clamor, sed amor, sonat in aure Dei.

Item:

Vt sit grata Deo, penetretq; oratio cœlum,

Corde sit expuro, sit breuis atq; frequēs.

Gott ist ein Geist/ vnd ihu soll man

Im Geist vnd wachheit rüffen an.

*Peritio iusta facilisq; esse debet.*

Exige rem iultā, si nō cupis inde repulsam.

t 3

Item:

Item:

Illum nullus amat, qui semper, Da mihi, clamat.

Zimlich vnd billich ding begâr/  
So du wilt das man dich gewâr.

## P R I N C I P I V M.

*Boni principij bonus finis.*

Gratia principijs semp responder honestis.

Was man anhebt mit Gott vnd ehren/  
Dem thut er ein gut end bescheren.

*Principium, dimidium totius.*

Dimidium facti, qui bene cœpit, habet.

So man ein ding wol fahet an/  
So ist es wol halber gethan.

*Satius est initijs mederi quàm  
fini.*

Principijs obsta, serò medicina paratur,

Cum mala per longas cõualuère moras.

Dem anfang thun ein widerstand/  
Spät istis/so es nimpt vberhand.

## P R O C E R E S.

Est procerũ uerè, procerũ corpus habere.

Ein ehrlichen/dapfferen Man/  
Steht auch ein hüpscher Leib wol an.

## P R O C R A S T I N A T I O.

*Bona procrastinanda non sunt.*

Cras do, non hodie: sic nego quotidie.

Item:

Item:

Esse bonus propera, nūquam nimium properabis:

Qui non est hodie, cras minus aptus erit.

Item:

Noli per cras cras, lōgas tibi ponere metas:

Qui nō est hodie, cras minus aptus erit.

Item:

Per multū cras cras, semper dilabitur ætas.

Item:

Quādo dies unus differtur, sæpe fit annus:

Item:

Tunc moritur mannus, dum gramina protrahit annus.

*Hastu im sinn ein gute that/*

*Verzeuchs nicht lang/das ist mein rath.*

PROFUSIO.

*Cui largior est copia rei cuiusdam, ea profusius licebit uti.*

Copia cui piperis, hoc uelcitur ipse polētis.

*Welchem an Pfeffer mangelte nie/*

*Der pfeffert auch sein Brey damit.*

*Facilius est prodigere, quā colligere.*

Perditur exiguo, quæsitū tempore longo.

Item:

Res quæsitā mora, parua consumitur hora.

t 4

Was

Was langsam vnd saur gewonnen ist/  
 Werthut man offte in kurzer frist.

*Prodigalitatem sequitur in-*  
*digentia.*

Expendens plura, quàm lucri det sibi cura,  
 Non est delictum, si talis perdit amictum.

Item:

Pauca manus, labor assiduus, designat ha-  
 bere: (re.

Larga manus, labor insolitus, desistit habe-

Item:

Perdés cūcta bona, religatur brachia zona.

Item:

Prodiga res totū tollit cum semine saccū.

Item:

Qui nimis expendit, alienū postea prēdit.

Item:

Qui plus expēdit, q̄ rerū summa repēdit,  
 Non admiretur, si paupertate grauetur.

Item:

Qui sua demergit, mēdicus ad ostia pergīt.

Item:

Quisq; coquens multum, solet hic consu-  
 mere multum!

Welcher will mehr verzehren/  
 Denn sein Pflug mag erehren/  
 Der mus: zuletzt verderben/  
 Oder am Galgen sterben.

PRO.



PROMISSIO.

*Charetis pollicitationes.*

Bursa manet uacua, uox licet ampla tua.

Item:

Promissis diues quilibet esse potes.

Item:

Promittit largè, qui certo iam caret ære.

*Mancher verspricht meh: in ein tag/*

*Denn er sein lebtag halten mag.*

*Promissis standum.*

Bis non spondebis, quod mox præstare ualebis.

Item:

Fas est implere promissa decentia uerè.

Item:

Res mala, res stulta, dare nil, promittere multa.

*Was einer zusagt vnd verspricht/*

*(ta.*

*Solchs ist er auch zhalten verpflicht.*

*Sponde, noxa adest.*

Rem tibi promissam, nulli promiseris unquam.

*Niemandt gelob/so du klug bist/*

*Was dir von andern zusagt ist.*

PROPRIVM.

Dum me titillo, rideo quando uolo.

*Wer sich selbst kitzelt wil/*

*Mag lachen wenn er wil.*

t s

*Bis*

298 CARMINVM PROVERBIAL.

*Bis vicit, qui se vincit.*

Fortior est qui se, quàm qui fortissima uincit

Oppida: quiq; potest cor domuisse suũ.

Item:

Linguam frenare, plus est, quàm castra domare.

Item:

Qui scit frenare linguã sensusque domare,  
Fortior est illo qui frangit uiribus urbes.

Item:

Vincere cor proprium, plus est, quàm uincere mundum.

*Sich selbs vnd sein Hertz vberwinden/*

*Ist mehr denn siegen von den Sünden.*

*Consilium malum consultori pessimum.*

In fontem fontes conantur perdere: uerũ  
Pœna retorquenda est in caput ipsa suũ.

Item:

Sæpe suũ propriũ fecit puer ipse flagellum.

*Mancher eim andern macht ein Rut/*

*Die seinem Ars bald schaden thut.*

*Propria domus omnium optima.*

Est quasi, qui proprius, aureus ipse focus.

*Eigener Herd/*

*Ist Goldes werd.*

*Propria*

*Propria vineta cadere.*

Vnus nō aliū, uetus annus nō docet annū.

Auff Andern solt nicht sehen allzeit/

Mach dich in geschickligkeit selbs bereit.

*Qui sibi malus, nemini bonus.*

Est auis ingrata, quæ defœdat sua strata.

Item:

Non bonus est ulli, qui malus ipse sibi.

Item:

Si tibi non fueris, nec mihi rector eris.

Wer vnnütz ist in eignen dingen/

Wirdt keinem andern viel nutz bringen.

*Tunica pallio propior.*

Nunquam priuatis alienos anteferatis:

Nam priuata sedent, aliena casibus hærent.

Das; dir das Hembd ligt neher an/

Weder der Rock/gedenck darau.

*Turpe est doctori, cum culpa redar-  
guit ipsum.*

Castigans alios, te castiga prius ipsum,

Vt castigatus sis castigare paratus.

Item:

Exemplum detis, alios quicumq; docetis:

Si non seruatis quæ præcipitis, taceatis.

Item:

Me malè castigat, proprio qui crimine sor-  
det.

Item:

300 CARMINVM PROVERBIAL.

Item:

Nosce tuas maculas, si noscere uis aliorũ.

Item:

Qui me deridet, non sua facta uidet.

Item:

Qui uult alterius oculorũ tergere labem,  
De proprio citius eruat ipse trabem.

Item:

Si culpare uelis, culpabilis esse cauebis.

Item:

Si quis damnauit, quod primitus ipse probauit,

Talis læudator leuitatis habetur amator.

Item:

Tunc alios culpa, cum tu fueris sine culpa.

Wiltu ander straffen vnd lehren/  
So thu dich zum ersten bekehren.

So thu dich zum ersten bekehren.

*Tute hoc intristi, omne tibi ex-  
edendum est.*

Quæ fecit sibi met mala quisq;, pati quoq;  
debet.

Wer ihm ein vnglück selb zuricht/  
Der leidt es billich/wie man spricht.

Der leidt es billich/wie man spricht.

PRUDENTIA, SOLERTIA.

*Deliberandum ante opus.*

Cum tibi sit cura, patrare negotia plura, Tu

Tu primò cura, cuius mora plus nocitura.

Item:

Effundens escas, rarò bene colligit illas.

Item:

Est tardè nimium, post bombum claudere culum.

Item:

Fœmineus uerè dolor est, post facta dolere.

Item:

Inuestigetur res quæ suspecta uidetur:

Nam solet uerè, res indiscussa nocere.

Item:

Nescit prodesse, qui nescit prouidus esse.

Item:

Nil citò mutabis, donec meliora uidebis.

Item:

Nō plus mañtabis, quàm tu cōdire ualebis.

Item:

Palmas pręuisas habeas tu quādo chorifas.

Item:

Peruigili cura, semper meditare futura.

Item:

Præuius in calle fiat, bene qui nequit ire.

Item:

Primò sternatur equus qui tardus habetur.

Item:

Quicquid agas, sapienter agas, & respice finem.

Item:

Item:

Res quæ sparguntur, totę nō sæpe leguntur.

Weislich all sachen solt anheben/

Und auch das end betrachten eben:

Denn etwas handeln vubedacht/

Hatt bald in grossen schaden bracht.

*Ingenium vires superat.*

Magis consilij, quàm armis, bella geruntur:

Illa quidem faciunt iussa, sed ista iubent.

Weisheit ist besser wedder krafft/

Denn durch weisheit wird man sieghafft.

*Mus non uni fidit antro.*

Mus miser est, antro qui tantum clauditur uno.

Die Maus vertrauwet nicht ein löchlein/

Also solt auch fürsichtig sein.

*Omnia probate, quod bonum est tenete.*

Nidificas caueas vult passer uisere multas.

Item: (marum,

Omne, licet charum, tibi quod fore putas a:

Eijce, nec retine, ne sit tibi causa ruinæ.

Item:

Qui uidet utilius, &amp; sumit deteriora,

Absit ei radius luminis absq; mora.

Das ist ein rechter weiser Man/

Der all ding vunderscheiden kan/

Und

Und was böß; ist/verwerffen thut/

Und behaltet allein das gut.

*Prudentia est, de ijs qua ad bene beateq;  
viuendum conducunt, be-  
ne consultare pos-  
se.*

Corrige præteritum, præsens rege, cerne  
futurum:

Hoc etenim sapiens uir tenuisse solet.

Item:

Doctor erit, semp qui uiuere scit sapienter.

Item:

Principium finemq; simul solertia spectat:

Item:

Quis, quid, ubi, quando, cui, quantum, quo  
modo, quare,

Ista notanda diu respice, quicquid agas.

Item:

Rem præcedentē uideas, & cerne sequētē.

Anfang/mittel/und end dabey/

Soll der Weise erwegen frey/

Und nach der sach gelegenheit/

Sürsichtig handeln allezeit.

*Sapiens non eget.*

Prouidus est plenus, improuidus extat ege

Wer allzeit weislich handeln thut/ (nus.

Der wirdt nicht leiden viel armut,

*Tela*

*Tela prouisa nocent leuius.*

Improuisa magis uulnera sæpe nocent.

Item:

Non de ponte cadit, qui cū sapientia uadit.

Item:

Se minus afflictū sentit, qui prouidet iētū.

Item:

Tela nocent leuius, uisa uolare prius.

*Die Pfeil so man sieht fliegen har/  
Bringen dest weniger gefahr.*

## P V D O R.

*Vbi pudor, ibi honor.*Dum cernit quasi flens, ueniam petit ipse  
rubescens.

Item:

Iurè coronetur, quicumq; pudore repletur.

Item:

Virtutū florem perdis, perdendo ruborem.

*Wo scham vnd zucht ist/ da ist ehr:  
Wo nicht/da ist all tugendt sehr.*

## R A R I T A S.

*Rarum charum.*

Fit, quòd cōtēptis, pero nigrū, panib. albis.

Item:

Omne boni pretium nimio uilescit in usu.

Item:

Omne rarum charū, uilescit quotidianum.

Item:



Item:

Qui peccat raro, cum peccatine peccat auaro.

Item:

Quod procul affertur, hoc dulcius esse refertur.

Item:

Quod sapit, insipidum vitiosa frequentia red-  
 Was frömbd ist/ begert Jederman/ (dit.  
 Und sieht das täglich niemandt an.

REQUIES.

*Quod caret alterna requie, durabile non est.*

Itibus assiduis fiet hebes quoq; securis.

Item:

In matutinis quicumq; cupit uigil esse,  
 Is cum gallinis habet ire cubare necesse.

Item:

Stare diu nescit, quinon aliquando quiescit.  
 Wer nicht ruhet in seiner arbeit/  
 Magt nicht erharren lange zeit.

RISVS.

*Fatuus in risu exaltat vocem suam.*

Hunc homo deridet, qui multum uel cito

Item: (ridet.

Per risum multum, debes cognoscere stultum.

Man haltet für grosse thorbheit/  
 Leichtlich vnd viel lachen allzeit.

u

R V:

306 CARMINVM PROVERBIALI  
RUSTICI.

*Rusticus rogatus intumescit.*

Collum curuatur uillano, quando rogatur.

Item:

Rusticus inflatur, nimium si sæpe rogatur.

Item:

Villicus elatus solet esse nimis rogatus.

Wenn man ein Bauren zuschr bittt/

So ist mitt ihm auß: kommen nitte.

SANITAS.

*Sanitatis tuenda remedia quadam  
generalia.*

Lote cale, sta pranse, uel i, frigesce minute.

Item:

Mingere cū bōbis, est res dulcissima lūbis.

Item:

Si tibi deficient medici, medici tibi fiant

Hæc tria: mens hilaris, requies, moderata  
diæta.

Item:

Si uis incolumem, si uis te reddere sanum,

Curas tolle graues, irasci crede profanum,

Parce mero, cœnato parū, nō sit tibi uanum

Surgere post epulas, somnū fuge meridia-  
num,

(anum:

Ne midum retine, nec comprime fortiter

Hæc bene si serues, tu longo tēpore uiues.

*Aer.*

*Aer.*

Lucidus ac mundus sit ritè habitabilis aër,  
Infectus neq; sit, nec olens fœtore cloacæ.

*Balnea.*

Balnea corporibus prorsunt, sed uisibus ob-  
Item: (sunt.

Balnea sunt grata, sed potio sit moderata,  
Atq; nouellarum fuge potum ceruisiarum.

Item:

Post ferrû frigus, post balnea quere calorè:

Post ferrû uigila, post balnea quere soporè.

Item:

Quantumcunq; potes, modicum post bal-  
nea potes.

Item:

Rheuma, dolor capitis, oculus, dens, uulne-  
ra, febris,

Impletus ueter, hæc septem balnea uitent.

*Cerebri confortatio.*

Lumina manè, manus surgès gelida lauet  
unda, (membra

Hæc illac modicum pergat, modicum sua

Extendat, crines peccat, dentes fricet, ista

Confortant cerebrum, confortant cætera  
membra.

*Edendi atq; bibendi ratio.*

Abstineas præsus potu: quoniam calefactus

u 2

Frigescit

Frigeſcit ſtomachus, ſi ſit potu madefactus.  
 A primis annis iſtud quicumq; tenebit,  
 Non erit hydropicus, nec non mala multa  
 cauebit.

Item: (na:

Ex magna cœna, ſtomacho fit maxima pœ,  
 Vt ſis nocte leuis, ſit tibi cœna breuis.

Item:

Inter prandendũ ſit ſæpe parũq; bibendũ:  
 Vt minus ægrotes, non inter fercula potes:  
 Vt uites pœnam, de potibus incipe cœnam.

Item:

Omnibus aſſuetam iubeo ſeruare diætã:  
 Approbo ſic eſſe, ni ſit mutare neceſſe:  
 Hippocrates teſtis, quoniam ſequitur ma-  
 la peſtis.

Fortior hæc meta medicinę eſt, certa diætã:  
 Quã ſi nõ curas, fatuè regis, & malè curas.

Item:

Quale, quid & quando, quantum, quoties,  
 ubi, reſta (rari,

Debent hæc medico in uictus ratione nõ  
 Ne malè conueniens ingrediatur iter.

Item:

Quantum cunq; potes, inter tua prædia po  
 Et nõ ægrotes, ſi mea diætã notes. (tes:

Item:

Salvia cum ruta faciunt tibi pocula tuta:  
 Adde

Adde rosæ florem, minuuntq; potenter a-  
morem.

Item:

Tu nunquam comedas, stomachum ni no-  
ueris esse

Purgatū uacuūq; cibo quē sumpseris antè.  
Ex desiderio id poteris cognoscere certò:  
Hæc sint signa tibi, subtilis in ore diæta.

*Flatuum retentio.*

Quatuor ex uento ueniūt in uētre retento:  
Spasmus, hydrops, colica, & uertigo, hoc  
res probat ipsa.

*Lotio manuum.*

Lotio post mensā tibi cōfert munera bina,  
Mūdificat palmas, & lumina reddit acuta.

Item:

Si fore uis sanus, abluere sæpe manus.

*Nausea marina.*

Nausea nō poterit hæc quē uexare, marinā  
Vndā cum uino mixtā qui sumpserit antè.

*Phlebotomia.*

Denus septenus uix phlebotomon petit  
annus.

Spiritus uberiorq; exit per phlebotomiā.  
Spiritus ex potu uini mox multiplicatur,  
Humorumq; cibo damnū lentè reparatur.  
Lumina clarificat, syncerat phlebotomia

u 3 Mentis

310 CARMINVM PROVERBIAL,  
Mentes & cerebrum, calidas facit esse me-  
dullas,

Viscera purgabit, stomachum uentremque  
coërcet,

Puros dat sensus, dat somnum, tædia tollit,  
Auditus, uocem, uires producit & auget.

Item:

Exhilarat tristes, iratos placat, amantes  
Ne sint amentes, phlebotomia facit.

Item:

Ex saluatella tibi plurima dona minuta,  
Splené, hepar, pectus, uocé, præcordia pur-  
Innaturalé tollit de corde dolorem. (gat,

Item:

Fac plagã largã mediocriter, ut citò fumus  
Exeat uberius, liberiusq; cruor.

Item:

Frigida natura, & frigés regio, dolor ingés,  
Balnea, post coitũ, minor ætas atq; senilis,  
Morbus prolixus, repletio potus & escæ,  
Si fragilis, uel subtilis sensus stomachi sit,  
Et fastiditi tibi non sũnt phlebotomandi.

Item:

Hæc facienda tibi, quando uis phleboto-  
mari, (nutus,

Vel quando minuis, fueris uel quando mi-  
Vnctio, siue lauacrũ, & potus, fascia, mētus,  
Debent nõ fragili tibi singula mētē teneri.

Item:

Item:

In plena luna non tangatur tibi uena.

Item:

Martini, Blasij, Philippi, Bartholomæi,  
His festis minuas, ut lōgo tempore uiuas:  
Philip. Barth. dextras, Martin. Blasijq; fini-  
stras.

Item:

Omnia de lacte uitabis ritè minutus,  
Et uitet potum phlebotomatus homo:  
Frigida uitabit, quia sunt inimica minutis,  
Interdictus eritq; minutis nubilus aër,  
Spiritus exultatq; minutis luce per auras,  
Omnib. apta quies, & motus sepe nociuus.

Item:

Principio minuas in acutis, perper acutis,  
Aetatis mediæ multum de sanguine tolle,  
Sit puer atq; senex, tollet uterq; parum:  
Ver tollat duplum, reliquum tempus tibi  
simplum.

Item:

(nas.

Qui scindūt uenas, minuūt de corpore pœ

Item:

Sāguine subtracto, sex horis est uigilandū,  
Ne somni fumus lædat tibi sensile corpus:  
Ne neruum leđas, non sit tibi plaga profun-  
da.

(scas.

Sanguine purgatus, ne carpas protinus e-

u 4

Item:

Item:

Tres insunt istis, Maius, September, Aprilis,

Et sunt Lunares, sunt uelut Hydra dies:  
 Prima dies primi, postremaq; posteriorú,  
 Nec sanguis minui, nec carnib. anferis uti.  
 Sit seniú atq; iuuenta licet, si sanguis abundat,

Omni mense probè confert incisio uenæ.  
 Hi sunt tres menses, Maius, Septéber, Aprilis,  
 In quib. eminuas, ut longo tempore uiuas.

Item:

(Stras.

Ver, æstas, dextras: autumnus hyemsq; sini  
 Quatuor hæc membra, hepar, pes, cepha,  
 cor, uacuanda. (quetur.

Æstas hepar habet, uer cor, sicque ordo se-  
*Quatuor anni tempora.*

Temporis æstiu ieiunia corpora siccant:  
 Quolibet in mense & cōfert uomitus, quo  
 que purget

Humores nocuos, stomachus quos conti-  
 net intus.

Ver, autumnus, hyems, æstas, dominantur  
 in anno.

Tépore uernali calidusq; aër madidusq;,  
 Et nullú tempus melius est phlebotomiæ.  
 Vfus tunc homini Veneris confert mode-  
 ratus,

Corporis & motus, uétrisq; solutio, sudor,  
 Balnea,



Balnea, purgentur tunc corpora per medicinas.

Æstas more calet sicca, & noscatur in illa  
Tunc quoq; præcipuè cholera rubram dominari: (extrà,

Humida, frigida fercula dentur, sit Venus

Balnea nō p̄sunt, sint raræ phlebotomię.

Vtilis est reſes, ſit cū moderamine potus.

Item:

Temporib. ueris modicū prædere iuberis,  
Sed calor æstatis dapibus nocet immoderatis,

Autumni fructus caueas, ne sint tibi luctus,  
De mensa sume quantū uis, tēpore brumę.

*Somnus.*

Sanat, sanctificat, ditat te, surgere manè.

Item:

Sit breuis aut nullus tibi somnus meridianus. (rhus,

Febria, pigrities, capitis dolor atque catar-  
Hęc tibi proueniunt ex somno meridiano.

Item:

Surgere manè citò, spatiū pagrareq; serò,  
Hoc facit pulchros homines, sanosq; iocū-

*Sudor.* (dos.

Sub qua ueste sudas, caueas hanc ferre frequenter.

314 CARMINVM PROVERBIAL.

*Visus recreatio.*

Foeniculus, uerbena, rosa, & chelidonia, ru-  
Subueniunt oculis dira caligine pressis: (ta;  
Ná existis aqua fit, q̄ lumina reddit acuta

Item:

Fons, speculum, gramé, hæc dant oculis re-  
leuamen: (tes.

Manè igitur mōtes, sub ferū, inquireto fon-

S A P O R E S.

Hi feruore uigent tres, falsus, amarus, acu-  
Alget acetosus, sic stypās, pōticus atq;: (tus:  
Vnctus & insipidus, dulcis, dant tempera-  
mentum.

Der schmack hatt inn sich neun gestalt/  
Die ersten drey heiß; die andern kalt/  
Die letzten drey das mittel haben/  
Dis neun thun vnser zungen laben.

S A T I E T A S.

*Satietas ferociam parit.*

Angulus erigitur in sacco, quādo repletur.

Item:

Cattus sæpe satur, cū capto mure iocatur.

Item:

Dum satur est uenter, gaudet caput inde li-  
benter.

Item:

Luxurians asinus saltādo comminuit crus.

Item:

Item:

Non uult scire satur, quid ieiunus patiatur.

Item:

Repletus uenter non uult sudare libenter.

Item:

Tunc caput est lætum, dape corpus quādo repletum.

Man spricht ganz recht / Doll mache doll:

Darumb man nichter leben soll.

*Satietas nauseam facit.*

Mus satur insipidā dijudicat esse farinam.

Item:

Stat equus & curat, cibus illum quādo satu

Hatt man eines dings uberflus / (rat,

So bekompt man dorab verdruss.

SCRIPTURA SACRA.

*Cælum & terra transibunt, uerba autem  
mea non transibunt.*

Aequor, humus, cælum, uacuas labentur  
in auras:

Vox autem Domini uiuida semper erit.

Item:

Aequora, terra, polus, pariter resoluta lique  
scent:

Siderei uerbum durat at usq; Patris.

Item:

Aether, cāpus, aque, recidēt discrimine eo-  
Per

316 **CARMINVM PROVERBIAL.**

**Per seclú Domini uerba perenne uirent.**

**Item:**

**Arua, solum, stellæ, casu soluentur eodem:**

**Verba tamé stabunt tépus in omne Dei.**

**Item:**

**Astra, solú, pelagus fugiút: diuina per eum**

**Perpetuum uiuæ dicta salutis erunt.**

**Item:**

**Cum rebus tranút mundi fugitiua figura:**

**Sed per cuncta Dei secula sermo uiget.**

**Item:**

**Omnia prætereunt in cœlis, æquore, terra:**

**Sed sermo tempus uiuit in omne Dei.**

**Item:**

**Omnia sunt hominú subitò fluitátia motu:**

**Tempus in æternum uox uiret una Dei.**

**Item:**

**Pótus, olympus, agri, simili ratione peribút:**

**At Domini cunctis uerba diebus erunt.**

**Item:**

**Rus, polus, oceanus, cladem patientur ean-**

**dem:**

**Sed Domini semper uiua statuta manét.**

**Item:**

**Terra, polus, pótus pereunt: cœlestia solúm**

**Verba per æternos sunt bene firma dies.**

*Himmel vnd Erd müssen zergehn/*

*Gottes wort aber wirdt bestehn.*

**Ex**

*Ex verbo Dei ratio viuendi petenda.*

Vitam quærenti dat iter sacra lectio menti.

Gottes wort soltu wol studieren/

So du dein gmut wilt recht regieren.

*Euangelista quatuor.*

Est Lucas uitul, Ioânes auis, Leo Marcus,  
Et homo Matthæus, quatuor ista Deus.

*Ordo librorum sacrorum.*

Genesis, Exo. Leuit. Numerorum, Deutero  
nomi, (dræ,

Pòst Iosue, Iudicû, Ruth, Regû, Paralip. Es-

Thobias, Iudich, Hèster, Iob, Dàuiticusque,

Verba dat Eccles. cantat, sapit, Ecclesiastic.

Esai. Jeremi. Baruch, Ezech. Danielq;,

Oze. Ioël, Amôs, Abdi. Ionas, Michæ. Naû,

Aba. (bæus,

Sophon. Aggeus, Zacha. Malachias, Macha

Matthæus, Marcus, Lucas, postremò Ioan-

nes,

Roma. Chorin. Galath. Eph. Philippen. Co

losenses,

Thessal. & Timotheus, Titus, Philemõ, He

bræus,

Et Actus, Iacob, Petrõ, Iohá. & Iudas, Apoc.

SECRETITAS.

Dū manet in nemore lupus, est plebs absq;  
timore.

Et

318 CARMINVM PROVERBIAL:

Lies: der Wolff sein lauffen auß/

So blieb das Volck rüthig zuhaus/.

*Securitas gignit lasciviam.*

Bella gerunt mures, ubi cattum non habet

Item: (ædes.

Dū uult dormire cattus, uult mus resilire.

Item:

Mus salit in stratū, cum scit abesse cattum.

Wird die Katz auß dem Haus lang bleiben/

So werden die Maus kurtzweil treiben.

SENECTVS.

*Ætate prudentiores reddimur.*

Amplior in senibus est experientia sensus.

Item:

Prudens cōsilio uetus est uir, tardus eūdō.

Item:

Sunt tria quæ uerè Solomoni displicuere:

Os mēdax, fatuusq; senex, pauperq; super-

Item: (bus.

Ut nequas lædi, maiori semper obedi.

Item:

Vteto cōsilio, uir amice, senū, tibi mando.

Dieweil erfahrung bringt weisheit/

Soll man raths fragen alte Leut.

*Antiquis debetur veneratio.*

Ante senex iuuenē meritō captabit hono-  
rem.

Item:

Item:

Vis ut honoreris, semper canos uenereris.

Man soll billich allzeit die Alten/  
Vor den Jungen zu ehren halten.

*Senectus ipsa morbus est.*

Cornix sæpe lupum non effugit inueteratum.

Item:

Dum securuatur anus, retro male sibilat anus.

Item:

Fortè manet iuuenum quis, sed nullus seniorum.

Item:

Indiget aruina sæpe senex ocrea.

Item:

Optamus seniũ: dum uenit, est malè uentũ,

Hoc est gibbosum, surdũ, cæcumq; , moro-

Das alter wer ein lieblich sach/ (sum.  
Wenn es nicht wer so frantz und schwach.

*Senectus loquax est.*

'Burfa uetus' more ueteri patet ac hinc ore.

Item:

Ex ueteri more, uas est uetus absq; liquore.

Item:

Vt tribus antiquis noli committere uina,

Nec senibus sensum quem retinere uelis.

Kein heimlichkeit vertrauw den Alten/  
Denn sie können nicht lang behalten.

*Senes*

*Senes communiter auari sunt.*

Quando senex fueris, tibi plus amor immi-  
net æris.

Je lenger hie ein Mensch lebt/

Je mehr er nach dem Gelte strebt.

## S E R M O.

*Dicere facilius quàm facere.*

Disce bona fari, bona si nequeas operari.

Item:

Omnib; est nomé, sed nõ est omnib. omé.

Item:

Sermo datur cûctis, animi sapiéctia paucis.

Man soll reden von allen Dingen/

Es will aber nicht allzeit glingen.

*Eloquentia vis maxima.*

Christus uim uerbis, uim gemmis, uim de-  
dit herbis: (rem.

Verbis maioré, gemmis herbisq; mino-

Item:

Excitas & nutrit facundia dulcis amorem.

Item:

Lingua facundi, sectantes lubrica mundi,  
Candida denigrant, & nigra loquédò deal-  
bant: (tur.

Cû dissoluútur, nec nigra, nec alba loquun-

Item:

Litis lingua parens, os terit osse carens.

Item:



Item:

Stellis ac herbis tuis est, sed maxima uerbis:

Kein bessers noch böfers an ihm

Der Mensch hatt/denn sein Zung vnd stim.

*Grata breuitas.*

Est domino gratū, uerbū uerū breuiatū.

Item:

Est sermo tanto melior, breuior scio quāto.

Ein kurze red/vnd solche gut/

Wiel geschwetz weit füt treffen thut.

*Leuissima res oratio.*

Bis duo notauī, quæ non possunt reuocari:

Virginitas, tēpus, dictū uerbumq; iuuetus.

Item:

Vox audita perit, sed litera scripta manebit:

Et semel emissum nō est reuocabile uerbū.

Was gredt ist/wird nicht widerbracht/

Drumb soll man reden wolbedacht.

*Qui moderatur labia sua, prudentissimus est.*

Nec nimium taceas, nec uerba superflua dic  
cas,

Affectes medium, sic tutus habebis usq;.

Item:

Non sis uerbofus, nec in omni fame mu-

Item:

Nunc est dicendū, nunc est ratione filendū.

x

Item

Item:

Omnis homo, quacunq; domo, qua sede  
moratur, (tur.

Prouideat quãdo taceat, uel quãdo loqua-

Item:

Os unum natura, duas formauit & aures:

Vt plus audiret, quã loqueretur homo.

Item:

Pauca loqui, sua uerba coqui uult prouidus: ô qui

Talia cõsuefcit, femper cum laude fenefcit.

Item:

Principiũ uerbi, finem quoq; respice uerbi,

Vt melius possis præmeditata loqui.

Item:

Qui bene uult fari, bene debet p̄meditari.

Item:

Scire loq; decus est, decus est & scire tacere:

Hæc duo si poteris scire, peritus eris.

Item:

Si sapiẽs fore uis, sex serua quæ tibi mãdo,

Quid loqueris, & ubi, de quo, cur, quomodo, quando.

So du gern wilt sein weis vnd flug!

So red nicht viel/es hab denn fug.

*Sermo hominis index:*

Ex uerbis fatuos, ex aũre tenemus afellos.

Im reden erkent man den Thoren/  
Gleich als den Esel bey den Ohren.

SERVITVS.

*Dominis duobus seruire nemo  
potest.*

Deficit ambobus, qui uult seruire duobus.

Item:

Non uult uerna probus dominis seruire  
duobus.

Item:

Vix placet ambobus, qui uult seruire duob.

Es fan vnd mag ein fromer Knecht/  
Zweyen Herzen kaum dienen recht.

*Mendacitas, superbia & pigritia in ser-  
uis maximè detestanda.*

Non habeas seruum mēdacem siue super-  
bum.

Item:

Nō retine seruū, quē noueris esse proteruū.

Item:

Sæpe prophetizat seruus quicūq; pigrisat.

Item:

Serui plebani sunt omni tempore tardi,  
Dum comedunt, sudant: frigesunt, quan-  
do laborant.

Ein stolzen/faulen/verlognen Knecht

Acid bey dir nicht/so thustu recht.

*Serui dominis pareant, fidem ostendentes bonam.*

Serui seruite dominis uestris sine lite,  
Ne dicant ritè uobis, Nunc nunc procul ite.

Item:

Si fueris uerna, probitate undiq; uerna.

Ein frommer Knecht soll allezeit  
Dienen mit gedult vnd fromkeit.

S I M I L I T V D O.

Aequè pars ligni curui ac recti ualet igni.

Gibt ein gerades Holz gut Kol/  
So thuts ein krummes gleich so wol.

*Aequalitas non parit bellum.*

Aequalis nullū disrumpit sarcina collum.

Item:

Disparib. bobus rarè trahitur bene currus.

Item:

Diuidit iniquè, nolens partem dare cuiq;.

Ben gleicher Burde/wie man spricht/  
Niemandt bald seinen Hals zerbricht.

*Malo nodo malus cuneus.*

Asperior sanat grauiores potio morbos.

Man muß das böse allezeit/  
Mit dem bösen vertreiben weit.

*Nauta nauta.*

Dulcia pro dulci, pro turpi turpia reddi  
Verba solent: odium lingua fidèq; parit.

Item:

Item:

Durior immanē succendit sermo furorem.

Item:

Est mirū bellū, quōd asellus culpat asellū:  
Pōdera saccorū nam portat quilibet horū.

Gleich wie man schreyet in den Wald/  
Also er widerthönet bald.

*Par premium labori.*

Pro cupreis cupreas nūmis lege clerice mis

Item: (sas.

Si modicum ualet æs, missæ sunt pauca ua-  
lentes.

So das Geld küpfere ist gewesen/  
Wird ein kupffere Seelmess; glesen.

*Sauis inter se conuenit vrsis.*

Quando lupum lupula uorat, esurit undi-  
que sylua.

Item:

Quōd lupus est lupulum, nunquam prius  
est mihi uisum.

Item:

Sunt bene concordēs iterum, Pilatus, He-  
rodes,

Es ist nie kommen in mein wüssen/  
Das ein Teufel den andern bissen.

*Simile simili gaudet.*

Cœtus iniquorū gaudet super acta malorū.

x 3

Item:

Item:

Consonans esto lupis, cum quib. esse cupis.

Item:

Dum similis simili sociatur, pax datur illi.

Item:

Eligat æqualẽ prudẽs sibi quisq; sodalem.

Item:

Gaudens gaudenti stultus placet insipienti.

Item:

Ni mihi sis ut ego, non eris alter ego.

Item:

Prudens prudenti, stultus placet insipienti,

Ridens ridenti, flens flenti, pauper egenti.

Item:

Quale forum fuerit, ueſtigal tale requirit.

Item:

Sæpius est hospes talis, qualis suus hospes.

Item:

Sæper adest similis simili, licet undiq; uilis.

Item:

Se quærunt & amant similes, simul undiq;  
clamant.

Item:

Sic fuit, est, & erit: similis similẽ sibi quærit.

*Es ist nichts so groß oder klein/*

*Es will bey seines gleichen sein.*

*Vulpinari cum vulpe.*

Difficile est uulpi, sociã decipere uulpem.

Item:

Item:

Fur malè furatur, si fur domui dominatur.

Item:

Hoc est difficile, uulpé cōprehendere uulpe.

Item:

In domibus furum furari sit tibi durum.

Item:

Res miranda, noua picæ fur abstulit oua.

Wer Süchs mitt Süchsen fahen wil/

Muß offte treiben vergebem spil.

SIMPLICITAS.

*Estote prudentes veluti serpentes, & simplices sicuti columbae.*

Est bona simplicitas, est mala simplicitas.

Einfaltig solt sein in boßheit/

Weis vnd klug aber in frommkeit.

*Simplicibus facile imponitur.*

Est facilis falli mens falli nescia, falli

Simplicitas facili credulitate solet.

Item:

Fallitur ex facili, qui caret arte doli.

Der ist leichtlich zubetrogen/

So sich nichts versteht auff ltegen.

SIMVLATIO, DIS-  
simulatio.

*Ficta citò recidunt in naturam suam.*

Empta fides, radice carens, est nescia stare:

x 4

Sed

Sed perstat uerum, rumor & ipse cadit.

Angnomne weis/

Zerschmilzt wie Eis,

*Melle litus gladius.*

Mel portas ore: sed fel latitat tibi corde,

Item:

Pelle sub agnina latitat mens sæpe lupina.

Item:

Simplex apparet, simplicitate caret,

Item:

Simplicitas extrà est, residet sub pectore  
uulpes.

Mancher ein Schalck im Herzen hatt/

Ob gleich die wort sein süß; vnd glatt.

*Non omnes qui habent citharam,  
sunt citharædi.*

Auri natura non sunt splendentia plura,

Item:

Fac tibi deuites sub falso nomine mites,

Nec credas undã placidã non esse pfundã.

Item:

Flos in pictura non est nisi sola figura.

Item:

Naso stertentes interdum sunt uigilantes.

Item:

Non cocus ex cultro longo, nec uirgo pro-  
batur

Depen-



Dependente coma, nō clericus ampla coro

Item: (na.

Nō est in speculo res quę speculatur in illo.

Item:

Non infirmatur, quisquis uæ uæ tibi fatur.

Item:

Nō omnes discūt, qui scholas undiq; quæ-  
runt:

Sed plures ueniunt, ut uideantur ibi.

Item:

Nō omnes sancti, qui calcāt limina templi.

Item:

Nō orat semper stans inter tépla frequéter:  
Sed quoq; lasciuas interdū quærit amicas.

Item:

Nō teneas aurū totū quod splédet ut aurū,  
Nec pulchrū pomum quodlibet esse bonū.

Item: (auri:

Omne quod est rubeū, nomé non impetrat  
Omne quod est nitidū, nō imitatur ebur.

Item:

Quisq; coronatus nō presbyter est uocita-  
Welcher nach eufferlichem schein (tus.  
Ortheilt/wird offte betrogen sein.

*Qui nescit dissimulare, nescit  
imperare.*

Nescit regnare, qui nescit dissimulare.

330 CARMINVM PROVERBIAL.

Wer nicht kan durch die Finger sehn/  
Kan dem Regiment nicht wol vorstehn.

S O L V T I O.

Dum malè computo, sicq; recedo, tunc bene soluo.

Wer wol miszrechnet vnd zu sehr/  
Dem ist miszhalen nicht zuschwer.

Solue libès uina, uel nō dic, Vina propina.  
Wiltu gern trincken falschen Wein/  
Solt in auch gern bezahlen sein.

S O M N I V M.

*Somnia diuturnas animi cogitationes  
quandoq; referunt.*

Ad tribulos asinus temp̄ sua somnia uertit.  
Item:

Sōnia de siliquis suis cernit, quando q̄scit.  
Was einer im Tag denckt vnd macht/  
Darvon traumet ihm oft zunacht.  
*Somnia, falsa ueris miscent.*

Deludunt multos nunc somnia, quod uetus est mos.

Item:

Interdū ueram prætedunt somnia causam.  
Item:

Somnia ne cures, nā fallūt plurima plures.  
Wiewol die Traum gar oft betriegen/  
So thun sie doch nicht allzeit liegen.

S O M

S O M N U S.

*Somnus modum non excedat.*

Est sanum planè, de lecto surgere manè.

Item:

Lōga quies somni, uitio fit fomes in omni.

Item:

Sanat, uiuificat, ditat quoq; surgere manè.

*Auff langen schlaaff begib dich nicht!*

*Denn er viel ungesund anricht.*

S P E S.

*Dominus adiutor & protector est sperantium in se.*

Cū pascat coruos Deus, & non deseret or-

Item: (bos.

In Domino dirum mortificabo uirum.

Item:

In solo sperare Deo, tutissima res est:

Spem fidā nunquā non iubet esse ratam.

Item:

Spes cōfisa Deo, nunquā confusa recedet:

Magnanimo interea pectore dāna ferā.

*So dich noth vnd ellend ansicht!*

*Zu Gott allein dein hoffnung richt.*

*Dum spiro, spero.*

Impositis galeis tractantur fœdera pacis.

Item:

Manè sub aurora res uertitur ad meliora,

Lumine

Lumine participat, qui modò cecus erat.

Item:

Multū delirat, nō sperans dū modò spirat.

Item:

Rebus in aduersis melius sperare superlis.

Dieweil man ahtem hatt vnd leben/

Soll man d Hoffnung nicht vbergeben.

*Spes precio emenda non est.*

Plus ualet in manibus passer, quàm sub dubio grus.

Hastu etwas guts/das behalt/

Denn hoffnung hatt betrogen baldt.

*Spes seruat afflictos, sed & multos decipit.*

Cum spes frustratur, non spes, sed pœna uocatur.

Item:

Est spes in dubijs semper comes optima re

Item: (bus.

Qui furnū superet hiando, diu puer hiscet.

Item:

Spes reficit dominum, fallit & ipsa suum.

Item:

Spes seruare solet, sublata sorte secunda,

Spe sola solor, spes superesse sinit.

Hoffnung erquicket manch traurig Hertz/

Betruget aber auch oft mitt schmerz.

S T V L

STULTITIA.

Ob res portadas a fini uocitantur ad aulas.

Es thut man nach kein Esel fragen

Zu Hof/denn so er Seck muß tragen.

*Dulce est, desipere in loco.*

Esse loco stultum, est sæpius utile multum.

Es ist zu Zeiten nutz vnd fein/

Das man auch könne thorecht sein.

*Insipientia est, quæ abundat  
in malo.*

Lingua cū manib. nescit cōpescere stultus.

Item:

Fac mala, dic multū, si te uis reddere stultū.

Bey bösen Worten oder Wercken/

Kan man des Menschen thorecht mercken.

*In ore fatuorum cor illorum.*

Insipiēs fatur subitò, quicquid meditat.

Item:

Si secretarum seriem uis noscere rerum,

Ebrius, insipiens, pueri, dicunt tibi uerum.

Item:

Stultus nil celat, quod habet sub corde re-  
uelat.

Was ein Thor in seinem Herzen trägt/

Leichlich zu offenbaren pflegt.

*Stultus nescit uti fœlicitate.* (ca.

Cuius mēs stulta, pro paucis uult dare mul-

Item:

Item:

Stultus habens plura, uorathæc uiuens sine cura.

Die Thoren solten kein glück han/  
Dem sie könnens nicht legen an.

*Stulto homine nihil intra-  
Etabilius.*

Argue consultum, te diligit: argue stultum,  
Auertet uultum, nec te dimittet inultum.

Item:

Cum fatuis, chari pueri, nolite iocari.

Item:

Cum forti fatuo certatim ludere nolo.

Item:

Mori morantur, quo cūq; sub axe morātur.

Item:

Offēdit multū, qui corrigit ad bona stultū.

Item:

Quo plus supstat fatuus, eo stultior extat.

Item:

Vnus blax multos facit per secula stultos.

Als was man mitt Narzen anseht/  
Närrisch oder vbel aufgeht.

*Stulti facile lætantur & tristantur.*

Lætatur stultus, dū sermo datur sibi cultus.

Item:

Lætificat stultū diues promissio multum.

Item:

Item:

Stultus quando uidet, quòd pulchra puel-  
lula ridet,

Mox fatuus credit, se quòd amare uelit.

Item:

Stultus ridere solet, & pro gramine flere.

Leichtlich ein Narzen widerfehrt/

Das ihm freud oder trauren mehrt.

*Stulti improvidi sunt.*

Inspiciens curà malè gestat corde futuram.

Item:

Stultus les sua mi calcaria uiscitur obli.

Dumweis vnd vnfürsichtig sein/

Ist bey allen Thoren gemein.

*Stulti magis ex sermone quàm aspectu  
cognoscuntur.*

Aestimo quòd multi sunt irrasì, quasi stulti.

Item:

Ex uerbis fatuos, ex aure tenemus a sellos.

Item:

Irrasos multos inuenimus undiq; stultos.

Item:

Multi sunt asini, nunquam saccis onerati.

Item:

Sunt asini multi, solidum bino pede fulti.

Man kan die Esel vnd die Thoren/

Nicht all kennen bey langen Ohren.

T A

336 CARMINVM PROVERBIAL.  
TACITVRNITAS.

*Non semper silendum. vide  
Sermo.*

**Qui tacet ut mutus, raro fit munere tutus.**

Der mag wol bleiben ein armer Man/  
Der seinen nutz nicht fürdern kan.

*Qui tacet, annuere videtur.*

**Non contradicens dicitur esse sequens.**

Welcher schweigt der wird angesehen/  
Als hab er zugleich mit versehen.

*Silentij tutissimum premium.*

**Nil melius uerè, quàm cum ratione tacere.**

Item:

**Sæpe carent multa respõsis uerbula stulta.**

Item:

**Vt mala uitentur, aliquãdo uerba tacentur.**

Mitt schweigen kan man wol zuzeiten/  
Viel verantworten ohne streiten.

*Tacere qui nescit, nescit loqui.*

**Perdo silere bonũ, dum loquor ipse malũ.**

Item:

**Qui modicũ fatur, sapiens hic esse probatur.**

Wer nicht kan schweigen wenn er sol/  
Kan auch nicht reden recht vnd wol.

TARDITAS.

*Sat citò, si sat bene.*

**Est multũ factũ, si sit bene quodq; peractũ.**

Wol



Wol gethan/ist viel gethan/  
Drumb solt vbrigs eylen lant.

*Tardè venientes, malè sedentes.*

Post teneat sedè, qui post me cōstruit ædè.

Item:

Qui tardus fuerit, & fercula sumere querit,  
Aut malè prandebit, aut sedis honore care-

Item: (bit.

Sæpe domum propriam uir reperit undiq;  
clausam.

Wer sich versaumpt/ den schaden hatt/  
Drumb mach bey zeit dich an dein statt.

TEMPERANTIA. uide  
Ebrietas.

*Nos qui sumus Dei, sobrii simus.*

Non ut edas, uiuas: sed edas, ut uiuere pos-

Item: (sis.

Vis ne coronari, uis delitijs saturari,  
Istud tibi præsto dictū breue: Sobrius esto.

Leb nächter vnd maßtig allzeit/  
So gibt dir Gott ehwige freud.

*Temperantia sanitatem tuetur.*

Cui charus uenter, cibatur hunc tractatq; de-

Item: (center.

Esse cupis sanus, sit tibi parca manus.

Item:

Gulæ pone metas, ut sit tibi longior ætas.

y Item:

338 CARMINVM PROVERBIALI

Item:

Nō tibi sit uēter dominus, sed uiue decēter:  
Ut medicus fatur, parcus de morte leuatur.

Item:

Parcito sæpe cibus, & sic annosior ibis.

Item:

Parcus uescendo, parcissimus esto bibēdo.

Item:

Pauca uoluptati debentur, plura saluti.

Item:

Sanior esse potes, si cū moderamine potes.

Item:

Si uitare uelis morbos & uiuere sanus,  
Nō bibe nō sitiēs, & nō comedas satiatus.

Item:

Sumē cibum modicē, modico natura foue  
tur: (tur.

Crapula uitetur, ne corpus mensq; graue-

Item:

Vix erit intercus tibi, si scis mādere parcus.

Wer sich mit Speis vnd Tranc̄ recht halt.

Mag wol in gsundtheit werden alt/

TEMPVS.

*Accommoda te tempori.*

Et toga sit talis, si uentus sit borealis.

Item:

Simonis Tude non debes currere nudē.

Item:

Item:

Tūc bonus est ignis, cū pēdent stiria tignis.

In die Zeit dich richte vnd schick/

Daf dir begegne kein vnglück.

*Fugit irreparabile tempus.*

Bis duo notavi, quæ non possunt reuocari:

Virginitas, tempus, dictū uerbūq; , iuuētus.

Item:

Damna fleo rerū, sed plus fleo dāna dierū:

Quisq; potest reb. succurrere, nemo dieb.

Item:

Ludis & indulges genio: sed labitur ætas:

Labitur, & nunquam, quæ fuit, illa redit.

Item:

Non stat per mēses septē Maius redolētes.

Item:

Quām breuis est hora, quæ labat absq; mo-

Item: (ra.

Tēpora transibūt, & gaudia uana peribūt.

Item:

Transit ut unda fluēs, tēpus & hora ruens.

Die Zeit ganz schnell vnd bald zerrinnt/

Sie fehrt dahin/eh mans befindet/

Vnd wird nimmer wider gebracht/

Drumb brauch sie recht vnd wolbedacht.

*Omnia fert tempus.*

Cū sunt matura, breuiter pyra sunt ruitura.

y 2 Itemz

340 CARMINVM PROVERBIAL.

Item:

Cunſta trahit ſecū uertitq; uolubile tēpus,  
Nec patitur certa currere quæq; uia.

Item:

Incipe ſpe, melius dedit & dabit omnia tē-

Item: (pus.

Ipfā etiam ueniens cōſumit ſaxa uetuſtas,  
Et nullū eſt quod nō tēpore cadat opus.

Item:

Mulcet longa dies ſcūū indomitūq; leonē.

Item:

Non ſibi, ſed rebus, peritura tēpora currūt,  
Quæ uel erant, uel erunt, uel ſunt, uel origi-  
ne ſurgunt,

Creſcūt, aut pereūt, ſemper agūtur, agūt.

Item:

Tempore miteſcūt, poſita feritate, leones:  
Tempore leniri tigris & uerſa ſolet.

Item:

Tempore ſanatur, quod ratione nequit.

Zeit bringt Roſen vnd viel aufricht/  
Das man jetz achtet möglich nicht.

*Temporum notatio.*

Clara dies Pauli, bona tēpora denotat anni:  
Si fuerint nebulæ, pereūt animalia quæq;  
Si fuerint uenti, naſcuntur prælia genti:  
Si nix aut pluuia, designat tempora cara.

211

An sanct Pauli bekehrung tag/  
 Des; wetters solche rechnung trag:  
 So die Sonn thut scheinen klar/  
 Das bedeutet ein gutes jar:  
 Ein Näbel auch groß; oder klein/  
 Der bringt ein Sterbend allgmein:  
 Nimpt aber der Wind vberhand/  
 Darauff erfolget Krieg im Land:  
 Durch Regen aber oder Schnee/  
 Soltu ein theure zeit versteh.

Dat Clemens hyemem, dat Petrus uer ca-  
 thedratus,

Aestuat Vrbanus, autūnat Bartholomæus.

Item:

Ver Petro detur: æstas exinde sequetur,  
 Hanc dabit Vrbanus: autumnum Sympho-  
 rianus:

Festū Clemētis, caput hyemis est ueniētis.

Man sagt Clemens den Winter bring/  
 Vnd Peter stulfeuhr den Friling/  
 Den Sommer aber sanct Urban/  
 Den Herpst Barthlome vnd Symphorian.

Den Sommer aber sanct Urban/  
 Den Herpst Barthlome vnd Symphorian.

Den Sommer aber sanct Urban/  
 Den Herpst Barthlome vnd Symphorian.

Den Herpst Barthlome vnd Symphorian.

Lōgè clarescit, quōd hyems algore rigescit.

Das; der Winter sey grimm vnd kalt/  
 Vernimpt man auch von ferne baldt.

Vernimpt man auch von ferne baldt.

Luna crescente, tu carpere poma memēto:

Nā dū decrescit si carperis, inde putrescit.

So man zeltig Apffel abbricht

342 CARMINVM PROVERBIAL.

Im wachsenden Mon/faulen sie nicht.

Pocula Ianus amat, sed Febrius Algeo clamat,  
 mat,

Martius arua fodit, sed Aprilis florida pro-  
 dit,

Flos & fons nemorum sunt Maio fomes a-  
 morum,

Dat Iunius scæna, Iulio refecatur auena,

Augustus spicas, September colligit uvas,

Seminat October, spoliat uirgulta Nouem-  
 ber, (cember.

Quærit habere cibũ, porcum maçtãdo De-

Im Jenner sikt man gern zutisch/

So ist der Hornung kalt vnd frisch/

Der Merz hebt zbaumen an die Erden/

Im Aprillen thuts als grün werden/

Zwasser vnd Land sucht lust der Mey/

Der Brachmon führet ein das Heuw/

Der Heuromonat samlet den Haber/

Das Rozn der Augst einschneidet aber/

Der Herpstorm vns den Wein laßt werden/

Der Weinmon wirfft Samen in die Erden/

Im Wintermon Laub vnd Gras verdirbt/

Manch feisttes Schwein im Wolffmõ stirbt,

Si pluit in festo processus Martiniani,

Quinquaginta solet continuare dies.

So es regnet an sanct Martin/

Soll es fünffsig tag regen sein.

TERO

## TERRA.

*Terra mater est omnium.*

Altiuolans uolucris, tamen elcam quærit  
in imis.

Es flog kein Vogel nie so hoch/

Er sucht sein Nest auff Erden doch.

## TESTIMONIUM.

*Non loquêris contra proximum tuum  
falsum testimonium.*

Conditio, sexus, ætas, discretio, fama,  
Et fortuna, fides, in testibus ista require.

Item:

Inueniet falsos testes, qui quæritat illos.

Falsch Zeugen man wol finden kan/

Drumb nimb nicht jede Zeugnis an.

## TIMOR.

*Prona est timori semper in peius fides.*

Pessimus in dubia sorte propheta timor.

Welche groß sorg vnd angst thut krencken/

Mehrtheils nur das böste gedencen.

*Quantum quisq; timet, tantum  
fugit...*

Sic adlat socio, sicut lepus ipse molosso.

Item:

Si timor in mente, currit uetus ipse repète.

Wer forcht vnd angst im Herzen treget/

Gantz schnell er weit zulauffen pfliget.

*Res est imperiosa, timor.*

Quatuor ista, timorq; , odium, dilectio, cen-  
sus,

Sæpe solent boni rectos peruertere sensus.

Durch forcht vnd angst auch offte die Fromen/  
In schwäre sünd vnd abfahl kommen.

*Timidi nunquam statuerunt tro-  
phaum.*

Nemo se mutat, qui se mutari desperat.

Item;

Non mare tráisset, pauidus si nauta fuisset.

Item:

Non uenit ad syluã, q cūcta rubeta ueretur.

Item:

Ramum quemq; timés , malus est uenator  
& amens.

Ein verzagtes Hertz /als man spricht/

Frehet kein schöne Frauen nicht.

*Vbi timor, ibi pudor.*

Debet adesse timor, uel perit omnis honor.

Item:

Quando puer crescit, & non metuendo pa-  
uescit,

Tunc sibi decrescit honor omnis, quando  
senescit.

Welchen kein forcht noch scham bewegt/

Derselb wenig ehr bey sich tregt,

V A L E



VALETVDO.

Si nō ægrotat, bene mingit qui bene potat.  
 Viel harn entspringet auß viel Tranck/  
 Es seye denn die Natur tranck.

VENATIO.

Dum canibus ceruus capitur, philomelaq;  
 niso,

Dum uolat accipiter, quasi tunc sumus in  
 paradiso.

Es ist lustig voglen vnd jagen/  
 Ja so man etwas heim kan tragen.

VENVS. VIDE AMOR  
 & Meretrix.

Curis arctatur, si quis Veneri sociatur.

Wer sich begibt auff die Bulschafft/  
 Wird mitt viel sorg vnd angst behafft.

VERITAS.

*Loquimini veritatem unusquisq; cum  
 proximo suo.*

Verbum laudatur, si factum tale sequatur.

Warhafftig sein zu aller frist/  
 Ein Christenliche tugende ist.

*Veritas odium parit.*

Displicet omni hero, qui uult intédere ue-

Item: (ro.

Hic offendit herum, qui uult nimis edere  
 uerum.

y 5

Item:

346 CARMINVM PROVERBIAL.

Item:

Ostia clausa sera mihi sunt, quia pfero ue-  
Wer allzeit will die warheit sagen/ (ra.  
Der wird viel ungunst darvon tragen.

VESTITVS ET

Ornatus.

Vestes fœmineæ bene nocte tegût, quia lô  
Frauwen Kleider die decken wol/ (gæ.  
Weil sie lang sein/vnd falten vol.

*Simia est simia, etiã si aurca ge-  
stet insignia.* (auro,

Cinge caput lauro, tege gemmis corpus &  
Si fueris pridem, remanebis alinus idem.

Item:

Est in persona pudor insipiente corona.

Wurd gleich ein Esel zieret schon/  
In silber vnd Gold angethon/  
So bleibt er doch in seinem stand/  
Vnd wirdt erkennt in allem Land.

*Vestis virum facit.*

Hûc homines decorât, quẽ uestimẽta de-

Item: (corant.

In uili ueste nemo tractatur honestè.

Item:

Si careas ueste, nec sis uestitus honestè,  
Nullius es laudis, quãuis sapis omne quod  
audis,

Item:

Item:

Si te non amicis, nunquá placebis amicis.

Item:

Vestes, nō homines, omnis honorat homo.

Item:

Vir bene uestitus, in millibus esse peritus

Creditur, in mille quamuis idiota sit ille.

Hatt ein Narr schöne Kleider an/  
So wird ihm viel ehr angethan:  
Dargegen wirdt der Weiß veracht/  
So einher geht ohn allen pracht.

*Veste decenti tegatur corpus.*

In curta tunica, saltat miles quasi pica.

Item:

Inuidiam nimio cultu uitare memento.

Item:

Nō cures iuuenis multū, qua ueste tegaris;

In uestimentis non est sapientiā mentis.

Item:

Qui nimiū cultus amat, fit pauper a dultus.

Jeder bekleid sich nach gebür/  
Hoffart bringt schaden für vnd für.

### VE X A T I O.

Est misero peius derisio, quàm dolor eius.

Der hatt fürwar ein schwere bus:/  
So den spott zum schaden haben muß.

V I C I

348 CARMINVM PROVERBIALI;

VICINITAS.

Proximus ecclesiæ semp uult ultimus esse:

Die am nechsten bey der Kirchen sein/  
Kommen gern zum letzten darein.

Qui se non noscat, uicini iurgia poscat.

Wer recht will wüssen wer er sey/  
Schelte seiner Nachbahren drey:

Schelte seiner Nachbahren drey:

Werdens ihm gleich die zwen vertragen/  
Der dritt wirds ihm ohn zweifel sagen.

Der dritt wirds ihm ohn zweifel sagen.

*Melior est vicinus iuxta, quàm fra-  
ter procul.*

Non homines tribules, quos tu scis esse tri-  
bules.

Item:

Sit bene, sit uic malè, cum uicinis teneas te.

Seh wie es wöll/so ist mein raht/  
Halts mitt Nachbahren frù vnd spat.

Halts mitt Nachbahren frù vnd spat.

VIRTUS.

*Deus operatur in vobis virtutes.*

Virtutù munus præstare potest Deus unus.

Ein gut/fromm/vnd Gottselig leben/  
Wird alleinig von Gott gegeben.

Wird alleinig von Gott gegeben.

*Inuia virtuti nulla est via.*

Ire bonus sanguis quò nescit, repit ut an-  
guis.

Wo tugendthafft blüt gern hin wer/  
Ist ihm kein stäg noch wäg zuschwer.

Ist ihm kein stäg noch wäg zuschwer.

*Virtus*

*Virtus auro nobilior est.*

Collige thesaurum, qui gemmas vincit & aurum:

Népe bonos mores, thesauros interiores,  
Tollere quos fures nequeunt, nec rodere mures.

Item:

Gazas cōgestas præcellit mentis honestas.

Item:

Hic bene se ditat, qui semper noxia vitat.

Item:

Vilius argentū est auro, uirtutibus aurum.

Wie Silber dem Gold nicht mag gleichen/  
So muß das Gold der tugendt weichen.

*Virtus fuga est vitij.*

Est uirtus uerè, semper malefacta cauere.

Das ist der tugendt rechte frucht/  
All laster fliehen vnd vuzucht.

*Virtus gloriam parit.*

Dedecus est natis, claros habuisse parètes,

Ni studeant illis moribus esse pares.

Item:

Disce bonos mores, sic te comitantur honores.

Item:

Filius ancillæ moratus plus ualet ille,

Quàm regis natus, qui nō est morigeratus.

Item:

Item:

Illustré gētem satis hic habet atq; parētem;  
Qui uirtute suam nobilitat patriam.

Item:

Malle pater tibi sit Therſites, dūmodò tu ſis  
Aeacidæ ſimilis, Vulcaniaq; arma capeſſas,  
Quàm te Therſitæ ſimilem producat Achil  
les.

Item:

Miremur potius, quos munera mentis ad-  
ornant,  
Quàm qui corporeis enituère bonis.

Item:

Nobilitas morū plus ornat, q̄ genitorum.

Item:

Nobiliter uiuens & agens, hæc nobilis eſt  
gens.

Item:

Non pater aut mater puero dāt nobilitatē,  
Moribus & uita nobilitatur homo.

Item:

Scire bonos mores, dat diuitias & honores:  
Donabit ſcire miſeros cum regibus ire.

Item:

Virtus nobilitat hominem: uirtute remota,  
Migrat in exilium nobilitatis honor.

Dem der voll laſter iſt vnd ſchand/  
Hilfft nichts ſein adelicher ſtand;

Wet

Wer aber sein tugendt beweist/  
Der selb billich recht edel helst.

Der selb billich recht edel helst.

*Virtus omnia in se habet bona.*

Dilige uirtutem, si uis retinere salutem.

Item:

Fac bene, dic parū, si te uis reddere charū.

Item:

Nulla ualet uita, nisi sit uirtute polita.

Item:

Vir bonus est pluris, quàm tota sciētia iuris.

Item:

Vir sine uirtute, semp manet absq; salute.

Glück vnd heil/ vnd alles gut/  
Bey tugendt sich gern finden thut.

Bey tugendt sich gern finden thut.

*Virtus post nummos.*

Ad lucrū mores multi sunt, nō ad honores.

Es ist gemein jez in der Welt/  
Ihr tugendt lieben Gut vnd Gelt.

Ihr tugendt lieben Gut vnd Gelt.

V I T A.

*Vita aeterna. vide Iudicium extremum.*

*Vita breuis ac misera. vide*

*Homo.*

Est hæc uita breuis, lubrica, pœna, dolor.

Item:

Est hæc uita breuis, transit ut aura leuis.

Item:

Item:

Est tua uita breuis, modò uiuis, cras morie-

Item: (ris.

Fallitur insipiens uitæ præsentis amore:

Sed sapiens bene scit, quâ tum sit plena do-  
lore.

Item:

Heu patimur multas pro uili corpore mul-

Item: (tas,

Itur quò, scitur: nescitur, quando reditur.

Item:

Non potest sine uæ nunc uiuere filius Euæ.

Item:

Omnis in hoc mundo fragilis stat sicut a-  
rundo.

Item:

Omnib. in terris dolor est, regionib. aulis,  
Urbibus, in cunctis cura laborq; locis.

Item:

Quid prodest homini, si uiuat secula ceterum?  
Cum moritur; uitam transisse putat quasi  
uentum.

Item:

Vita breuis, uelut umbra leuis, sic annihilat-  
tur,

Sic uadit, subitoq; cadit, dū stare putatur.

Item:

Vita qd est hominis, nisi res uallata ruinis?

Item:



Item:

Vita quid est? labor est, & habendi uana cupidō,

Tristis ad extremum sollicitudo diem.

Kurz vnd böß; ist diß; zeitlich leben!

Drumb solt nach dem ewigen streben.

*Vita magis in pretio est, quàm quæq;  
temporalia bona.*

Vt uitam redimas, uestes ac omnia uendas.

Rein Gut noch Hab soltu dran sparen!

Dein Leib vnd Leben zubewaren.

V N V S.

*Vir unus, nullus vir.*

Nusquam denarius auditur clāgere solus.

Item:

Omni fine soli dominantur ibi duo soli.

Item:

Sermo solius est quasi dimidius.

Item:

Solus quando datur, tunc nullus homo reputatur.

Item:

Vnus homo uerá nunquá facit esse choreā.

Keiner allein alle ding kan!

Drum sage man recht! Ein Man/kein Man.

*Vnicus oculus charissimus.*

Solus tergendus oculus fit & aspiciendus.

z

Was

354 CARMINVM PROVERBIALI

Was man nur einig hatt zur noht/  
Das liebt man billich frů vnd spohet.

V O L V N T A S.

*Deus operatur & velle &  
perficere.*

Non est uelle bonum mihi uel tibi perpe-  
tuatum.

Der Mensch auß eigener krafft nicht kan  
Guts dencken oder fahen an.

*Volenti facile est imperare.*

Quādo libēs graditur, crine uir attrahitur.  
Warzu einer hatt lust vnd mut/  
Ist er bald beredt, das ers thut.

*Volenti nihil est graue.*

Hoc portat leuiter, quod portat quisq; libē  
Ein Burd die man mit willen tregt/ (tel.  
Niemandt sie zubeschweren pflegt.

*Volentem bouem ducito.*

Bos ad aquā ductus, nō uult potare coactus.

Item:

Inuitis canibus nil uenator capit ullus.

Wer vnwillig Hund hatt zum jagen/  
Der wird wenig Wildprät heimeragen.

*Vt desint vires, tamen est laudanda  
voluntas.*

Exiguū munus cū dat tibi pauper amicus,  
Accipito placidè, et plenè laudare memen-  
to.

Item:

Item:

Hospitis in mensa uultū, nō fercula pensa.

Item:

Pauperis in mensa uires, non fercula pensa.

Den guten willen solt uemmen au/  
Wo man die werck nicht bessern kan.

V O L U P T A S.

*Delitijs ad astra non itur.*

Asper erit uictus, asper labor, asper amictus,  
Aspera cuncta tibi, si uis super æthera scribi.

Item:

Mentes corruptas excęcat blāda uoluptas.

Item:

Sperne uoluptatem, pulchram cole sobrietatem:

Hęc quos prostrauit, uirtutibus euacuauit:

Hęc quos subiecit, pecudes sine robore fecit:

(unt:

Hęc regit & munit, superis coniungit &

Item:

Spiritus inde perit, dū corpus dulcia q̄rit.

Leiblicher lust die Seel thut krencken/  
Das solt ein jeder Christ bedencken/  
Vnd allem wollust vrlaub geben/  
Anheben ein rein nitchter leben/  
Auff das ihm werd wollust vnd freud  
Im Himmelreich in ehwigkeit.

Z Z

V S V S.

356 CARMINVM PROVERBIALI:  
V S V S.

*Usus facit artem.*

Artem discamus, usum uerò teneamus.

Item:

Doctrinæ pater est usus: doctrina scholaris

Intercisa perit, continuata uiget.

Wer was will lernen/ vbe sich/

Denn vbung bringt kunst gewißlich.

V V L G V S.

*Vulgo instabili satisfacere nemo  
potest.*

Prauo seruit hero, qui uulgo seruit iniquo.

Wer dienen muß; dem Pöfel schlecht/

Der wird nimmer dienen recht.

C O N C L U S I O.

O' homo deuita peccatum, totq; pericla:  
Nam si cæcus eris, nulloq; dolore moueris,  
Atq; Deū spernes, animã cum corpore per-  
des:

Et nisi parebis, cœlesti sede carebis.

O Mensch hüt dich für sünd vnd schandt/

Veracht nicht warnung als ein tandt.

Sehstu aber in sünden fort/

Verachtest beid/ Gott vnd sein wort/

So hastu gewiß; seinen zorn/

Vnd wirst mitt Leib vnd Seel verlor:n.

*Dorab*

Vorab hüt dich für fälleren/  
 Denn viel laster sein gern dabey/  
 Als Huren/Ehbruch/Oppigkeit/  
 Gottselestern vnd vermessenheit/  
 Spilen/zaucken/vnd Todtschlagen/  
 Auch Weib vnd Kind zum Hausß außjagen/  
 Auch bringts manchen in solch armut/  
 Das er stälen vnd mörden thut/  
 Vnd anders dergleichen außricht/  
 Wie man teglich vor augen sieht.  
 Das für zu Herzen/ vnd fürcht Gott/  
 So bhüt er dich vor schand vnd spott.

Laus tibi sit Christe, quoniam liber explici-  
 cit iste:  
 Dextræ scriptoris benedic precor omni-  
 bus horis.

F I N I S.



CIRCE

Dialogi Philo-  
sophici decem, qui-  
bus Vlyffes Græcis suis, à Cir-  
ce maga in bestias transforma-  
tis, pristinæ desiderium na-  
turæ inculcare co-  
natur:

Nunc primùm ob eruditam iu-  
cunditatem ex Italico ser-  
mone in Latinum  
translati.

*Omne tulit punctum, qui miscuit  
utile dulci.*

Yo, don Juan de los Rios

de la villa de Madrid, he vendido

por escritura pública de fecha

de trece de Mayo de mil y

ochocientos y noventa y tres

al Sr. D. Juan de los Rios

una casa de la villa de Madrid

que se sitúa en la calle de

San Juan de los Rios, número

veinte y tres, con sus dependencias



# IN DIALOGOS HOS DECEM CIRCEOS Argumentum.



V'M post bellum Troiæ confectum Græciam, patriam suam, repetiturus Vlysses, per uentos nauigationi suæ contrarios, in multas, uarias, easdemq; diuersas eiectus esset regiones, tandem aliquando ad insulam Circes appulit: ubi ab ea benignissimis omnino modis exceptus, & quam multis beneuolentiæ officijs quasi fatigatus, aliquandiu cōmoratus est. Patriæ uerò reuidendæ aliquanto post captus desiderio, ab eadē Circe ueniam discedendi petiuit: idq; tali modo, ut omnes illos Græcos, quotquot istic ab ipsa in uaria animantium genera cōuersi reperirentur, rursus in homines commutaret: & id ipsum quidem eum in finem, ut illorum quenq; domum suam secum posset reducere. Id quod petiuit, Circe quidē sese facturam gratosè promisit: ijs tamen cum conditionibus, ut illi duntaxat, quotquot eiusmodi bonum ab eo ipsis offerendum gratis animis acceptarent, idem obtinerent:

nerent: cæteri uerò ibidem manerent, uitamq; suam, ferinis præditi corporibus, ad exitum usq; perducerent. Atq; ut, qua quisque uoluntate esset, Vlysses ex illis perspicere ualeret, loquendi facultatem reddidit unicuiuis, ita quidē, ut non aliter atq; tum, cum homines adhuc essent, animorum suorum cogitata uocibus exprimere & in medium proferre possent. Vlysses totam perlustrans insulam, collocutus est cū multis: qui omnes uarijs commoti rationibus, in suo quisq; uitæ genere permanere se malle, q̄ rursus in homines euadere, causati fuerūt. Ad extremū uerò unus aliquando tandem inter tam multos inuētus est, qui hominis excellentiam sic uti par est contemplatus, & quāto is idem intellectus sui causa unoquouis animantium cæterorū omnium nobilior sit, expertus, homo, qualis antè fuerat, rursus effici cupiuit. Is igitur Vlyssis opera pristinae naturæ suæ restitutus, & gratiarum pro beneficijs acceptis actionē hominis esse propriam recordatus, cū ipsi Vlyssi, tum uerò uel in primis optimo & omnium maximo Deo gratias egit. Eo peracto, magna cum alacritate in patriam suam unā cum Vlysse reuersus est.

DIA.

## DIALOGVS PRIMVS.

Vlyſſes, Circe, Oſtea, Talpa.

**Q**UAMVIS & amor iſte, quo tu me proſe-  
 queris, & infinita quodammodò beneficia,  
 quæ ſingulis temporum momentis abs te more pror-  
 ſus aulico in me proficiſcuntur, efficiant, mea Circe ho-  
 noratiſſima, ut in hac tua inſula tam bellula, nec non  
 amœnula, tecum non inuitus equidem ſim: tamen & a-  
 mor patriæ, & deſiderium poſt tam longam peregri-  
 nationem meos amicos, mihi multò longèq; chariſſi-  
 mos, aliquando tandem ruruſus inuiſendi, ſine intermiſ-  
 ſione ulla me commouent, ut abs te digreſſus, dômum  
 meam redire cupiam. Prius uerò quàm diſcedam, ſcire  
 quidem peruelim, an aliqui inter eos ipſos, qui abs te  
 in leones, lupos, urſos, nec non alia cõuerſi fuerunt ani-  
 malia, Græci natione ſint, nec'ne. C. Græci ſunt in-  
 ter eos, Vlyſſes ô chariſſime, ſatis multi. Verumenimue-  
 rò quid eſt, quòd tu illud ipſum me ita roges? V. Si-  
 mulatq; ſuper iſto ſcopulo, ubi & uariarum maris un-  
 darum contemplatio, & dulcium uentorum, per tot  
 plantas odoras flatu ſuo penetrantium, fragrantia cõ-  
 fabulationem multò, quàm aliàs futura fuiſſet, delecta-  
 biliorem nobis efficiant, conſidebimus, tum demum ti-  
 bi dicam cur id rogem. C. Age igitur, faciamus id  
 ipſum, quod tu uiſ. Nec enim aliud quicquàm ego de-  
 ſidero, niſi ut id faciam, quodcunq; tibi placere putem.  
 V. Cauſa, propter quam ex te, Circe belliſſima, queſi-  
 ui, an hîc inter eos, qui abs te in ſeras cõuerſi fuère,  
 Græcus aliquis ſit, nec'ne, eſt illa, quòd precibus meis

abs te impetrare percuperem, ut ope tua & humana ipsorum quisq; naturæ restituerentur, & domum suam mecum reuerterentur. C. Qua uerò de causa, amabo te, id ita fieri uelles? V. Causa, per quam commotus id fieri desiderē, est amor, quo illos omnes, nemine equidē excepto, prosequor. Amoris aut talis efficiēs est id, quòd cum patriam communem habeamus, laudem me maximam apud Græcos meos obtenturum esse sperem confidamq; si quidem effecerim, ut hi bellum corporibus exuti, humanis iterum quasi uestiti & induti sint: cum in partem contrariam, nihil aliud expectare possim, nisi ut eorundem Græcorum meorum conuictijs me ipsemet exponam maximis: ideo quòd, quantumuis hos è statu ipsorum adeò miserabili, nec non infelici, in meliorem transferre potuerim, nihilominus interim permiserim, ut uitam tot modis deplorandam, corporibus nimirum ferinis aggrauati consummarēt. C. Verumenim uerò, Ulysses, si alij isti, quibus hoc, uti tu quidem suspicaris, beneficium præstitisses, te nō laudarent, sed potius illius, quo abs te affecti fuissent, damni gratia odio prosequerentur maximo: dubium nō est, quin te quotidie uel millies tui, quod nunc tantopere urges, instituti causa esses afflicturus. V. An itaq; res est cum aliquo damno coniuncta, si is qui bestia nunc est, alicuius auxilio in hominem rursus euadat? C. Est uerò res cum damno coniuncta maximo. Atq; ut tu quoque similiter illud ita se habere perspicias, uelim ut quæras ex illismet ipsis. Neq; etiam ego te uoti tui competentem

potem efficiam, nisi illi de eo sint bene contenti. V. Sed quónam modo id ego ex illis perspicere queam? cum, quia nimirum feræ sint, nihil intelligant. Deinde, cum loqui quoque non possint, equidem ualde uereor, ne tu me contemptui & irrisioni sis expositura. C. Quod ad illud attinet, Vlysses, non opus est, ut animum consiliumq; tuum quicquam immutes. Ego enim ipsis loquendi facultatem concedam. V. Itáne uerò es concessura, Circe, ut non aliter mecum confabulentur, atq; eo tempore, cum homines adhuc essent, cum cæteris hominibus confabulari poterant? C. Ita profus. Ego, inquam, efficiam, Vlysses, ut intelligentia qua antè præditi fuère, quàm à me in feras istiusmodi transformarentur, eadem rursus exornentur. Atq; ne tempus frustra teramus, quero ex te, an ne cū testulas illas duas, isti saxo uelut affixas, seseq; & aperiètes & iterò deinde claudentes: tum uerò mōticulū istum terrenum, paululum tantummodò super aquas ad pedem arboris istius, quæ palma dicitur, eminentē animaduertas, necne? V. Animaduerto. C. In testulis illis inest Ostrea, sed in monticulo Talpa: quæ utraq; & homines, & quidem homines Græci aliquādo fuerunt. Cum istis sermonem te conferre uelim. Ac ut illud ipsum liberius aliquanto absente me, quàm præsentē fortasse posses, facere queas, ego me iam deinceps ex hoc loco recipiens, super isto litore nonnihil obambulabo. Tu uerò, quamprimūm tibi illorum uoluntas cognita fuerit atq; perspecta, istuc ad me uenies: & ego, quodcunque cupies,

cupies, effecturam me sanctè promitto. V. Id quod Circe mihi dixit, res est maximi sanè momenti: quia scilicet isti belluinis adhuc corporibus onusti, illius interueniente opera, mecum ratiocinaturi sint & collocuturi, non aliter ac si homines iam nunc essent effecti. Mihi certè quidem hoc, quicquid est, adeò uidetur incredibile, ut eius experiundi periculum serè facere nò ausim: cum ualde metuam, ne (nisi illa, quod est mihi pollicita, id etiam præstet: quemadmodum præstaturam non esse, rationi maxime uidetur esse consentaneum) factum meum stulticiæ mihi uertatur ab omnibus. Veruntamè, cum hic præter eam mortalium nemo sit, qui me ob id uituperare possit, eaq; ipsa illud idè comode facere non ausit, ideo quòd, ut facerem, mihi auctor exstiterit: equidem periclitari non intermittam. Sed per quod interim nomen illos appellandos esse poterem? Equidem, quod ad me attinet, eos per aliud nomen, nisi per illud quod obtinent uelut animalia, nominare nesciam. Itaq; per istud ipsum cõpellabo. Ostrea, heus ostrea? O. Quid est, quod tu me uis Vlysses? V. Quòd si mihi de nomine tuo constaret, ego te per illud ipsum adhuc hoc tempore compellarem. Itaq; si tu fortasse Græcus es, qualem te esse Circe mihi confessa fuit, queso te, ut id mihi declarare ne graueris. O. Priusquam ab illa in ostream commutarer, Græcus equidem eram, natus in quodam loco non admodum procul ab Athenis ipsis disiuncto. Ithaco mihi nomen erat: & quia fortunæ tenuioris eram, iccirco piscaturam cogebam.

gebatur exercere. V. Ecquid ergo letaris, quòd & mea tui commiseratio, quia nimirum hominē aliquando te natum fuisse scierim, & amor, quo te, propter id quòd popularis meus esses, cōplexus fuerim, cò me adduxerint, ut Circe supplicauerim, quò priori forma tibi restituta, te rursus in Græciam nostram mecum reducerem? O. Omnium profectò minimè lator ea de causa. Nec enim adduci potero, ut & ista tua tanta prudentia, & ista tua tanta eloquentia, propter quas duas res laudem consecutus es inter tuos Græcos longè maximam, me commoueant uel tantillum: adeò quidem, ut, si sapias, illa mihi, quò tantis commodis, quibus in hoc uitæ genere perfruor equidem felicissimè, cum nullis omnino curis obnoxius sim, ualedicam: hac uerò, ut hominis naturam rursus expetam, persuadere uelle non debeas. ideo nempe, quòd animalium ceterorum, quotquot in uniuerso mundo reperiuntur, homo solus infelicissimum sit omnium. V. Quid audio, Ithace mi? Tu mediufidius ista sic eloqueris, ut, cum hominis formam perdidisti, unà quoq; rationem ipsam perdidisse uidearis. O. Eam te quidem, mi Vlysses, perdere posse non arbitror, quòd ea destitutus omnino esse uidearis: qui id, quod tibi dico, uerum esse credere non queas. Sed hæc tamen conuicia, uelut iniurias aliquas, omittamus. Id enim si facientes, inter nos amicè utrinq; conferamus, equidem non dubito, quin re ipsa sis experturus, id quod asserui, uerum esse: cum ego nimirum utriusq; uitæ, hoc est, & humane & belluine,

non ignarus, hanc illa longè præstantiorem esse deprehenderim. V. Ego uerò nihil aliud fieri malim, ac illud ipsum. O. Itaq; attentum ad me audientum te præbe: promitteq; mihi, te interea temporis; dum ego, quem admodum uides, ad tecum colloquendum me aperio, diligenter animaduersurum, ut ne quispiam traditorculorum istorum, pagurorū inquam istorum marinorum, ex improviso accedat, saxulumq; aliquod inter duas hasce patellas interijciat, & sic efficiat, ut in posterum claudere non queam. V. Mirum. quæso itaq; te, ut mihi dicas, quam de causa pagurus iste illud ipsum facturus esse uideatur. O. De ea uidelicet, ut ore suo inde me extrahat, meq; pro suo cibo deinceps utatur. Sic enim facere consueuerunt isti, quotiescunq; nostras nos domunculas aperuisse conspiciantur. V. Hem astutias. Quis autem uos edocuit, ut uos contra eos ita conseruaretis, talesq; istorum dolos effugeretis? O. Ipsa nimirum natura: quæ nihil omnino produxit, quin eidem quoq; de rebus ad sustentandum sese necessarijs, satis diu antè prouiderit. V. Loquere Ostrea quicquid uoles, omnino securè: ego enim operam dabo, ut ne tale quidpiam tibi forsitan usui ueniat. O. Stes igitur, & auscultes. Dic mihi, si tibi placet, Vlysses, annon uos homines (qui uos mirum in modum de eo, quòd nobis animalibus longè & perfectiores sitis, & prudentiores, ideo nimirum, quia ratione uideamini esse præditi, iactitare cõsueuistis) dic inquam, an non uos homines è multis rebus propositis



eam pluris aestimetis, quam uos reliquis meliorem iudicetis esse? V. Eam mehercle, quam meliorem iudicamus esse, pluris etiam aestimare solemus. Quinimò, quòd ita facere soleamus, illud est unum è signis illis, quæ perfectionem prudentiamq; nostram demonstrèt: cum contrà, si res omnes, licet impares, pariter compareremus, nos earundem naturam bonitatemq; prorsus ignorare significaturi, manifestissimumq; stulticiæ nostræ præbituri simus argumentum. O. Quæro deinceps, an'ne res eas, quæ meliores sunt, plus ametis, ac illas ipsas, quibus meliores putetis esse? V. Eas ipsas quas meliores arbitramur esse, cæteris omnino præferre nihil dubitamus. Natura namq; sic est comparatum, ut post rei cognitionem, eiusdem uel amor, uel odium consequatur: ideo quòd omnes istas res, quæcunq; nobis bonæ uidentur esse, amare, nec non exoptare: cæteras uerò, quæ mali quiddam præ se ferre cogitantur, in partem contrariam odisse fugereq; summopere soleamus. O. Nunc, cum res meliores plus adamare soleatis, atq; cæteras quæ sint deteriores, quæro ex te præterea, annon earundem curam maiorem quàm cæterarum geratis, necné? V. Proh Iupiter, illudne queri oportuit? cum res adeò manifesta sit, ut de ea neminem ambigere posse rear. O. Annon itaq; putas, idem quoq; facere uel naturam, uel illam quæ dux eius est, intelligentiam? & id quidem cum ratione multò maiore, quàm qua uos præditi sitis & ornati? cum natura nullo planè modo queat errare: id quod ego se-

A

pius è

pius è philosophis illis Atheniensibus (quoties istorum, quos antè cepissem, piscium diuendendorum gratia, ad eorundem philosophorum porticus, ubi maximam di ei partem commorantes inter sese dissertare, unaq; ratiocinari solebant, quamproximè consistere) audiui.

V. Quòd istud ipsum ita se habeat, ego quoq; persacilè crediderim. O. Quòd si credis, quid igitur impedit, ut uicisse me non unà fatearis? Eo nanq; quod tu mihi concessisti, concesso, sequitur mehercule, te mihi nos animantes meliores & nobiliores esse, quàm uos homines, eadem simul opera concessisse. V. Illud uerò quónam modo fiat, non intelligo. O. Nam cum natura maiorem nostri, quàm uestri curam rationemq; habuerit, annón quæso uerum est, quòd eadem natura nos multò plus amet atq; uos? Cũ uerò nos multò plus amet atq; uos, non id alia sanè de causa facit, nisi de ea sola, quam tibi superius à me adductam meminisse potes. V. Dij boni, dij boni, tu mihi uideris omnium, qui sunt Athenis, logicorũ esse præstantissimus. O. At ego, quidnám Logica sit, quidq; non sit, prorsus ignorare me fateor. Quod cum ita sit, persacilè poteris colligere, qualis quantusq; Logicus ego sim. Eum differendi modum, quem natura me docuit, ego sequor: qui quidem ratiocinandi modus est adeò certus, ut si eundem ipsum omnes, quicumq; ratione sese præditos esse iactant, sequerentur, mihi omnium rectissimè uerissimèq; id facturi esse uiderètur. V. Assentirer equidem tibi, si uerum esset, quòd naturam uestri maiorem potior-

remq;

remq; quam nostri rationem duxisse confirmasti. O. Quasi uerò difficile factu sit, illud ipsum probare. Nam si uelis, ut ego id tibi demonstrum, uerbisq; meis super ea re faciendis attendere non recuses, citius expedierò quam possis opinari, mi Vlysses. Et, quoniam ingenio es non admodum capaci, ab illo primò die, quo natura & nos & uos in lucem hanc edit, qui nimirum nobis utrisq; natalis est, exordium disputationis nostræ duca mus age. Dic itaq; mihi, si fortasse possis Vlysses, quàm uestri, quod attinet ad istam quæstionem, rationem habuerit natura: cum uos plane nudos nasci uoluerit: nostri uerò in partem contrariam rationem magnam habuisse demonstrauerit, quòd è nobis animantib. alia pel lib. alia squamis, alia pennis, alia deniq; alijs quibusdã re bus uelut induta uestitaq; in hæc mundũ ingredi uoluerit: id quod profectò signum est, illi cõseruationem nostri fuisse longè commendatissimam. V. Quòd natura nos nudos omnino nasci, adeoq; subtili cute tegi uoluit, eo certè significare noluit, illud se eum in finem fecisse, ut ab omni re uel etiam minima læderemur: sed potius ideo fecit, quòd id (cum nobis, ut phantasiã reliquosq; nostros sensus interiores diligenter exerceamus, multò magis necessarium sit, quàm uobis, quòd eiusmodi sensibus & ipsa phantasia sic exercitatis, ad intellectum nobis deinde sit opus) membri nostris conueniens esset uel omnium maximè. Ista uerò siue organa, siue instrumenta, per quæ tales operationes fieri solent, ut è subtiliore, necnon tenuiore mate-

ria componeretur, quemadmodum uel in primis opus erat: ita quoque similiter requirebatur, ut sanguis noster uestro sanguine plus et subtilior esset, et calidior. quã tumuis inde nostræ constitutionis infirmitas exoriatur, tantòque robore nos, quanto uos, minimè ualeamus. Quòd si nos cum ex istis humoribus intemperatis, tum quoque sanguine tam crasso compositi essemus, quàm uos animalia estis composita, annon sequeretur etiam, nos tam parui iudicij, tamque parui ingenij futuros fuisse, quàm uos esse constat? iam uerò fit, ut uos quidè et maiori fortitudine, et constitutione corporis multò meliore ualentioreque sitis, atque nos homines: longioris autem uitæ, ingenijque melioris non item: quòd constitutio bene temperata, qua nos multis omnino modis anteceditur, uitæ non tantummodò longioris, uerum etiam ratiocinandi iudicij, ideo quòd per id ipsum uniuscuiusque rei uel etiam minimæ differentiam percipere queamus, efficiens sit. Ea omnia quæ dixi, inde quoque patent, quòd, uelut ipsi quoque phisici crebris usurpare solent sermonibus, mores animi, constitutionem corporis emulari consuèrint. Hinc similiter ipsa conuincit experientia, quòd membra leonis, mores leonis: membra ursi, mores ursi representent. Atque quòd id uerum sit, melius intelliges, si quidem homines ipsos ob oculos tibi constituueris contemplandos. Inuenies enim, quòd omnes, qui è crassis constant humoribus, paruo quoque præditi sint ingenio: ceteri uerò, qui carnes subtiles et agiles habeant, subtili quoque sint ingenio.

Ita qui-

Ita quidem, ut natura nos homines rationabiles creare, perfectissimâq; rerum cognitione donare uolens, quodammodò coacta fuerit, ut nos tales efficeret, quales effecit. O. Naturam, ut uos tales efficeret, quales effecit, coactam fuisse, ego mehercule non facile crederim: ideo quòd eadē natura res omnes, quascūq; fecit, ita facere potuerit, quemadmodum illimet ipsi placuit: in eisdemq; procreandis, modum aliquem ab eoque secuta fuit, alium longè diuersum discrepantēque sequi potuerit: cum uidelicet efficere ualuerit, ut aqua urendi, sed ignis frigesaciendi uim haberet. V. Ego uerò tibi dicere non uereor, quòd, si aliū modum, præter eum quem secuta fuit, secuta fuisset, ordo tanto pere mirabilis, qui in hoc uniuerso mundi theatro conspicitur, existere nequaquam potuisset. id enim pulchritudinem illius ipsius demonstrare, quisq; confitetur. O. Quasi uerò, inquam ego, non alium quendam ordinem rerum creatarum instituire potuerit, qui pulchrior exornatioq; fortasse fuisset, ac is est, in quem nos intuemur. V. Sed quid illud Fortasse sibi uult? Ego certè illud ipsum eò pertinere puto, ut quotiescunque nobis non bene constemus, causaq; nostra nos cecidisse uereamur, illo duntaxat utendum iudicemus. Atq; dic mihi, amabo te, quidnām incommodi nobis afferat id, quòd natura nos nudos procreari uoluerit? cum nobis econtrà tantam & sapientiam & fortitudinem comunicauerit, ut uestris uestimentis à uestro corpore detrahit nos operiamus. O. Id quidem sic esse confiteor.

teor: ueruntamen quanto, te precor, facitis illud cum periculo? Quot enim, quæso uestrûm fuerunt, qui nos cum in sinem, ut nobis nostrisq; tegumentis ad talẽ aliquam utilitatem abuterentur, abripere conati, in malum non inciderint longè maximum? Quante præter id, rogo te, molestiæ uobis iccirco sunt exhauriendæ? Nam si nostris pellibus uti uolueritis, opus est, ut eas præparetis: si pilis nostris opus est, ut eos neatis, intexatis, alijsq;e modis pluribus quàm millenis antè tractetis, quàm ad usum uestrum transferre & accommodare possitis. V. Istiusmodi, quemadmodum tu quidem appellas, molestiæ, sunt nobis ad eò dulces & exoptatæ, ut lusus alicuius, qui temporis tantummodo fallendi gratia sit inuentus, hystar esse reputentur. O. Siquidem tu illos, qui animi causa res eius generis tractandas suscipere consueuere, quemadmodum tu ipse non rarò scætitare soles, intelligi uelis, facilimè tibi quod ais assentiar: sed si nonnihil interrogas eos, qui molestiis istiusmodi necessitate quadam coacti subeunt, cum scilicet ea de causa faciant, ut inde illa, quæ uitæ ipsorum traducendæ sunt opus, sibi comparent, an eadem ipsis dulces, an uerò non esse uideantur, respõsum ab opinione tua longè diuersum dubio procul accipies. Ego quidem, quantum attinet ad me, uerè affirmare queo, quòd agricultura tam difficilis laboriosaq; mihi uisa fuerit, ut, quemadmodum antea tibi dixi, piscatoriam profiteri maluerim, quàm in agro colendo perseuerare. Eoq; uitæ genere adhuc aliud multò molestius uoluntariè potius elegissem, quàm rus colere perstitis-

sem: ideo quòd illud boum, continuis laboribus fatigari solitorum iudicarem esse proprium: qui simulac eisdem laboribus exantlandis non amplius idonei esse reputarentur, capitibus ipsorum per uos ictu quodã collisis enecarentur. V. Quòd si piscatorem te fecisti ea de causa, ut ab agricultura liberareris, idem tibi, & merito quidem tuo, usuuenit, quod istis omnibus, qui laborem conantur effugere, solet usuuenire. obuiam nimirum tibi uenire debuit: ideo quòd artem susceperis, quam cum non uoluntariè tractaueris, plures tibi labores in ea excolenda fuerint tolerandi, quàm in alia ulla. Præter hoc, innumerabilia uentorum, frigoris, & caloris ab æstu solari prouenientis, aliarumq; rerum sanè plurimarum grauamina tibi fuère quasi deuoranda. O. Quid opus est multis? Scias enim, quòd hominis naturam ego mihi nequaquam restitui uelim: istiúsque propositi mei rationem habere me puto. Re nanq; bene considerata ponderataq;, uideo, quòd natura de uobis adeò parum fuerit sollicita, ut præter id, quòd uos nudos nasci uoluit, de domo uel habitatione propria, ubi uos contra tempestatum iniurias tueri possëtis, uestrum nemini prospexerit: cum longè aliter egerit nobiscum. id quod ego quidem signum esse arbitror longè certissimum, uos non aliter atq; rebelles à toto mundo sic esse profligatos, ut locum proprium planè nullum uobis impertiri sit dignatus. V. Quales itaque domos uobis animantibus ipsa natura construxit? O. Quales uerò domos? Id quidem facile perspexeris, ubi

consideraueris aliquantum hancce meam, quanto item cum artificio, quantoq; meo cum comodo duas has cochleolas mihi fabricarit. Contemplare quaeso nonnihil, qualiter eas & aperire, & quanta cum facilitate, prout illud ipsum mihi uel ad cibum sumendum, uel ad quiescendum, uel deniq; ad id, quodcunque nocere mihi queat, amolendum, opus esse iudico, rursus easdem claudere quoque possim. Considera deinde nonnihil illam, quam testudinibus & limacibus edificauit: & quanta item cum facilitate eandem utraq; secum circumferant, mihi cogita. V. Animantibus autem cæteris, quorum certè maior est numerus, & ipsis deinceps auibus, qualèsnam, quaeso te, domos natura fabricauit? O. Hyberno tempore cauernas terræq; speluncas: sed æstiuo, arbores & montium summitates illis ordinauit habitandas. V. Egregias sanè domos ais, in quibus istiusmodi animantia, maxima cum difficultate commorari pro certo affirmare possum. O. Esto, quòd tot tantæq; cōmoditates in illis non sint, quot quantæq; sunt econtrà in uestris: at certè tot tantæq; afflictiones sollicitæq; cogitationes, quot quantæq; sunt in iisdem uestris, minimè dominantur. V. Quas uerò molestias, quasq; curas in nostris edificijs habeamus, qui secūdum animi nostri uoluntatem eadem proprijs manibus nostris extruamus? O. Quas curas, quasq; molestias eorum causa suscipere cogamini, quaeris? an non igitur opus est, ut eadem sarta tectaq; conseruetis? an non eadem contra incommoditates, quas ipsæ tempe-  
states



states quotidie secum afferunt, munire necesse habetis? Præterea, quando quæso uel unicam dūtaxat horulam in iisdem animo quieto pacatoq; uobis requiescere licet? cum nunquam securi sitis, continuoq; ne uos adobruant, metuatis. De timore metuq; quem uobis terræmotus incutiunt, quid dicam? quòd iam mihi ueniat in mentem, terræmotibus aliquando in nostris regionibus exortis, homines ita uehementer fuisse perterritos, ut de noctu foris in agris delituerint, de die uerò more gruuum ipsarum gregatim palati sint: portantibusq; certis quibusdam eorum senioribus faculas in manibus accensas, opem deorum suorum suppliciter implorarint. quæ quidem res apertissimè declarabat, timorem in uos tantum potestatis obtinere, ut sæpenu-mero causa sit, quò quid faciendum sit, ignorantes, animum planè despondeatis. V. Ista uerò commemora-  
 re, quid attinet? cum tam rarò soleant euenire, ut meri-  
 tò quidem nihili reputentur. O. Vos deinde uobis  
 domos uestras nõ ubiq; fabricari potestis, aut certè non  
 sic, ut easdem uobiscum, quocunq; uelit, eòdem aspor-  
 tare ualeatis: cum interim multa è nobis animalibus no-  
 stras, ab ipsa natura nobis communicatas, quocunq; uo-  
 luerimus, sine ulla difficultate asportare queamus: cæ-  
 tera uerò tale beneficium non consecuta, ubicunq; uo-  
 luerint, domos sibi collocare possint. V. Illud ipsum  
 quantumuis ita sit, quid tamen incommodi nobis inde  
 bigni putas? si saltè ex animi nostri uoluntate domum  
 quandam possideamus. An illud prouerbum tibi no-

A S tum non

tum non est, quòd is qui bene alicubi sit, locum non temerè mutare debeat? O. An, quid incommodi uobis illud procreare possit, interrogas? Quòd si fortuna uobis fortassis malè propitia contingat, ut habeatis aliquem uicinum, qui uobis aut moribus suis, aut arte quampiam, quam faciat, ita molestus sit, ut eius uicinitate nõ delectemini, quanta bone Deus, tum uobis infelicius est illud, quòd uos neq; prorsum, neque retrorsum uestras habitationes transportare ualeatis, quemadmodum nos econtrà facere quamfacilimè ualemus. Ergo (reuertamur enim ad primas illas nostras ratiocinationes, ex eisdemq; questionem nostram aliquando tandem concludamus) cùm natura multo maiorem nostri quàm uestri, quemadmodum tibi hucusq; satis superq; demonstraui, curam rationemq; habuerit, eaq; errare non possit, annón quæso consequens est, quòd nos animalia multò meliora multoq; nobiliora simus, atq; uos homines estis? V. Quãuis illa tua ratiocinatio nonnullam sanè consequentiæ speciem præ sese ferre uideatur, ea tamen est reuera planè nulla: idquæ ideo, quòd quantumlibet existimari possit, naturam uobis commoditates multò maiores concessisse, quàm nobis concesserit, hoc tamen fecerit ea de causa commota, quòd facili-  
mè præuiderit, uos ad res illas, quales uitæ uestre sustentatio requirit, per uosmetipsa procurandas nullis modis fore habilia. Consiste præterea, & illam, quam dicam tibi, istius rei rationem animo attento percipe. Id enim si feceris, facile profectò perspicies, utris è nobis maior

maior nobilitas præstantiaq; sit assignanda. Dic itaque mihi, si tibi molestum non est, an seruus domino suo, an uerò contrà dominus seruo suo nobilior uideatur esse dicendus? O. Dominum suo seruo præferendum esse, utiq; statuo, quippe qui sit is, qui in seruum obtineat imperium. V. Bene respondisti. Eadem deinde ratione res illæ, quæ propter nullas alias creatæ fuere, meliores sanè iudicandæ sunt illis ipsis, per quas ueluti quasdam ministras ex ordinatione constitutioneq; naturæ conseruentur, earundemq; iccirco quasi quidam fines esse reputentur. Hoc itaq; cum ita sit, cumq; uos animalia propter nos, uestros quasi fines creatæ sitis, annón inde consequitur, quòd nos homines uobis animalibus multò præstemus? Iam uerò quòd uos natura sic ordinante dispensanteq; nostra causa, ideoq; ut nobis inserviatis, creatæ fueritis, illud ipsum testis experientia clarissimè demonstrat: cum nos uestro, quandiu uiuitis, uel ad res nostras ex uno loco in aliũ portandas, uel ad terram colendam, uel ad alia quædã, plura sanè quàm sexcenta, gerenda seruitio ad libitum nostrum abutamur: & posteaquam mortem oppetiueritis, uestris nos pelli- bus uestiamus, carnesque uestras comedere soleamus. Quæ quidem omnia tam planè declarant, uos animantia naturæ beneficio nostra causa fuisse facta, ut inficia ri non possis. O. Sed heus tu Vlysses, ne quæso triumphum canere uelis ante uictoriam. Nam si tales argumentationes ueras esse uelis, omnino cõsequetur me hercule, etiam uos, natura sic ordinante & disponente, causa

te, causa terræ fuisse factos, eademq; terra uos multò ignobiliores esse, quippe cuius gratia sic procreati fueritis, ut eiusdem fines essetis: cum constet inter omnes, quòd terra uos omnes ad extremum deuorare deglutireq; consuevit. V. At eiusmodi consequentia nò ualet. Atq; cum tu sis ingenio non admodum capaci, fines quorum causa fiat aliquid, duum esse generum notare te oportet. O. Apage sis cum tua tali subtilitate Vlysses. nec enim ego patiar, ut illam disputationem, quam pridè ab Atheniensibus istis philosophis interea temporis, dum ego (quemadmodum tibi supra quoque commemorauisse me adhuc memini) pauculos illos quos ceperã pisciculos, aliarum rerum, quibus ad familiam meam sustentandam opus habebam, comparandarum gratia diuendere conabar, in ipsorum porticibus agitata recordor, cum tamen nec illimetipsi, multò minus alij, quidnam sibi uellent, intelligere possent, deinceps ingrediari. Non enim tibi loquenti auscultare diutius sustineam: cum sentiam, quòd ros ille, quo tanta cum oblectatione & frui soleo, & me nunc propter id, ut ipse uides, aperientem, omni molestia, omnique solitudine sic remota, ut illo toto tempore, quod homo fui, tantam sanè nullam sim experta, fruituram spero, cœlitus destillare incipiat: adeò quidem, ut mirum tibi uideri non debeat, quòd huic uitæ generi renunciare non uelim. Ad te quòd attinet, Vlysses, si tu contrarium seriò apud te statuis, mane per me talis, qualis es: mihi uerò deinceps molestus esse & desine, & uale. Ego nanq; quam

primum

primam fuero saturata, rursus me cōcludens, aliquantulum requieti indulgebo: idq; , ut hoc scias, sine ulla molesta cogitatione uel etiam minima: id quod uobis perrarò solet asuuenire. unde quoq; fit, ut hanc meam qualemcūq; tranquillitatē aestimem longē pluris, quā illud quod ope tua ullis omnino temporibus uidear ad pisci posse beneficium. V. Equidem, quantum intellico, nulla re alia grauius excruciare macerareq; me potuissem, quā si contra talem diutius disputare perseuerassem: quòd uerisimile sit, eum, quandiu fuit homo, omnium ceterorum in mūdo fuisse stupidissimum. Atq; id ipsum ars quoq; quam professus est, satis euidenter coarguit: cum uidelicet isti omnes, quotquot aut piscibus, aut auibus capiendis intenti sunt, sint homines (loquor autem de talibus, qui tale quiddam faciūt egestate coacti, non aliqua uoluptate illecti) uilissimi, ingenioq; præditi perexiguo. Atq; quòd iste rerum cognitione omnium minima fuerit imbutus, patet inde similiter, quòd secundum ostreae consuetudinem pro pauxillarioris, qui nunc ex acre decidit, portiuncula depugnare non dubitārit. Valeat igitur, ualeat inquam iste, maneatq; in ista sua miseria, iustissimo certē quidē stulticiae suae præmio uel in perpetuum. Verum, quia Circe mihi dixit, in isto monticulo quendam esse talpam, cum illo iam deinceps uerba cōmunicare non intermittam, hominem, ut opinor, iudicio, quā fuit is qui cum uerba contuli, maiore præditum reperturus. Propius igitur ad illum ucedam, & deinde compellabo. Talpa,  
beus tal-

heus talpa. T. Quid facere me uis Vlyffes, & quænam causa te commouet, ut hac ratione requietem meam perturbare non uerearis? V. Siquidem tibi constaret, quid & quantum idipsum sit, quod ego à Circe meis precibus impetraui, demdeq; uelut homo rationalis ratione ipsa uti posses, nequaquã, scio, diceres, quòd tibi molestus & grauis essem. T. Quasi uerò, quid illud ipsum rei sit, ex te, cum altero isto Græco, qui abs illa in ostream conuersus olim fuit, colloquente non audiuerim. V. Te ne igitur audiuisse, quòd ego efficere possim, ut rursus in hominem transformeris? ut ex hoc loco libereris? ut in patriam tuam me uia ducem comiteris? siquidem Græcus ipse sis, qualem te esse Circe mihi cõmemorauit. T. Quandiu homo fui, Græcus equidem fui: ex omniumq; Aetoliæ partium pulcherrima sum oriundus. V. Annò ergo desideras, ut forma tua prior (illam dico, qua præditus eras tum, cum adhuc homo esses) tibi restituatur, domumque tuam reuerti possis? T. Non equidem desidero: quòd si desiderem, stultissimus esse iudicari queam. V. Tunc igitur stulticiam putas appellandam id, si quis conditionem suam facere studeat meliorem? T. Illud uerò nequaquam: hoc autem, si quis eam peiorem reddere conetur, sicut ego facerem, siquidem tuum consilium sequi uellem, stulticiam uoco longè maximam. Tuum uerò consilium secutus, meam conditionem deterioiorem certè facturus essem: ideo quòd hoc dignitatis gradu, et in hac animalis forma uitam quietissimam, omnium nempe

pe rerum ad eandem sustentandam necessariorum copia disfluens, agam: sed homo rursus effectus, uitam contrā conuinis occupationibus & molestijs, & eis quidē non tolerabilibus, quibus humana uita est multo plenissima, abundantissimam sim peracturus. V. Quis te, precor, hanc ad cō bellam edocuit rationem, talpa mi? Iste ne piscator, de quo tibi locutus ante fui, homo planē rudis & rerum omnium ignarus, ille fuit? T. Quia ipsa me docuit experientia, omnium rerum magistra: arte tamen illa, quam tum temporis, cum homo adhuc essem, exercui, mediante. V. Quibus nā queso modis tibi illud demonstrare potuit experientia, quod nos uobis simus infeliciores & miserores? T. E modis istis omnibus unicum tantummodō tibi commemorabo, qui talis est, ut eum sis planē perspecturus. Est autē iste, quemadmodum tibi paulo ante significauit, ars illa mea, quam exercui. unde tu per temetipsum complures alios, qui profectō ualoris illo ipso minoris non sint, inferre queas. V. Itaq; peruelim, qualis ars ista, quam professus es, extiterit, quæq; res ad cō falsas & ueritatis inanes te cognoscere docuerit, mihi confiteri necesses. T. Agricultura. V. Dij boni, quid audio? Equidē quod ē manu piscatoris elabendi gratia in pedes exilierim, ut in eam rursus quæ rustici sit, incidere, uerē affirmare me posse perspicio: qui rusticus, nisi naturā suā soltā prorsus exuerit, rationis multō minus, quā imprior iste, capax erit. T. Vlysses, cum homo tali cōditiōne sit homo, ut quilibet à se nihil humani alienū esse pu-

esse putare debeat, illud abs te mirum in modum contendo, ut uerbis iniurium te mihi præbere nolis, illiusq; potius, quod ego tibi dico, uim ponderare digneris. Id enim si feceris, equidem minimè omnium dubito, quin futurum sit, ut te magnopere pœniteat, quòd Circe te quoq; quemadmodum nos alios omnes, in bestiã quandam non commutãrit. V. Age igitur, dicito quodcunq; uolueris. Nec enim quicquam aliud, quàm istud ipsum, audiero libentius. T. Dic mihi, si modò potes, an ullum animal, siue in aquis, siue super ipsa terra extra aquas (quorum quidem certè species adeò multæ uariæq; sunt, ut propemodum uideantur esse infinitæ) reperias, cui terra per semetipsam alimentum non producat, uno duntaxat hominè ex omnibus alijs animalibus excepto: qui, si cupiat, ut suum ex eadem nutrimentum, quemadmodum animalia præter eum cætera, percipiat, peropus habet, ut eam maximis grauissimisq; molestijs aratã serat, et id ipsum quidè proprijs suis unusquisq; manibus. V. Talium sanè difficultatum auctor est homo sibi illemet ipse, qui cibos ad sese nutriendum nimis delicatos & lautos requirat. Nam si illis fructibus, quos terra per semetipsam, suaq; sponte solet efferre, cõtentus esse uellet, ita, quemadmodum cætera contenta sunt animalia, illi quoq; tale nihil eueniret. T. Verùm quas herbas, quæ semina, quos fructus deniq; , qui aptum quoddam, necnon conueniens ad humanæ uitæ & eiusdem constitutionis conseruationem sustentationemq; sint alimentum, illa per semetipsam,



ipsam, propriaq; sua sponte, nec ulla arte humana adiuta producit? V. Annón itaq; dici uulgò solet, quòd primæ, necnon antiquissimæ gentes istius ætatis, quæ aurea nuncupata fuit, eo modo uictitarint? T. Equidem te miror, mi Vlysses, qui, cum sapientem te esse profiteris, fabulas tamen istas ueritatis inanisimas pro ipsa ueritate recipias. V. Sed quâ tumuis illud ipsum, quod affirmas, uerum prorsus esset: molestia tamen illa, quam homo, dum agrum colit, putat conseruatq; uites, sementem facit, deuorare cogitur, uoluptatis oblectationisq; eidem tantum affert, ut uerè dici possit, quòd eam natura homini hac solùm de causa uoluerit impohere, ut per eam tempus alioqui tædiosum fastidiosumque facilius exigeret, eiq; uitam in ocio degendi occasionem auferret, ut deniq; homo ipse utilitatem fructumq; inde consequeretur uberrimum. Atq; quòd id uerum sit, inde faciliè perspicias, si cõsideraueris, quantos ei fructus ipsa terra bene culta rursus efferre soleat. Vnde profectò rationi maximè consentaneum uideri queat, nullam planè rem æquè dulcem gratamq; inueniri posse, quàm sit agricultura. Idem eadem naturâ deinceps illa de causa sic ordinauit, ut homo ingenij sui, necnon artificij exercendi habeat occasionem, eoq; modo sese uobis animãtibus multò longeq; præstantiorem esse demonstrat. T. Quinimò, Vlysses, ea illud ideo fecit, ut homini nullum respirandi tempus habenti nunquam bene esset. Atq; ut natura nullum prorsus hominis ipsius excruciadì modum neglexisse uideretur, an-

nonne timorem ipsi simul ingenerauit adeò certè quòdam magnum, ut, simulatq; terra, propter tempestates illi contrarias, uno quoque anno non tam largè, quàm solita sit aliàs, frumentum impertiatur, uniuersum tempus in timore uiuat, tantopereq; sibi fame pereundum esse metuat, ut ne unicum unquã frustulũ sine suspirijs uel millenis manducare audeat. id quod nobis accidere minimè consuevit: ideo, quòd quamprimùm in eo loco, in quo degimus, rebus ad nostri sustentationem requisitis destitui nos intelligimus, mox in alium quendã felicissimè commigrare possumus. V. Quasi uerò nos homines curare quoque nesciamus, ut ex illis regionibus, quæ rebus ijs, quibus in nostris terris annonæ tempore caremus, abundant, ea omnia quibus opus habemus, aduchantur. T. Id uerò quanta queso cum molestia, quãto cum periculo mari terraq; subeundo, quanta denique cum animi inquietudine fieri consuevit? Id enim quod plus utilitatis, idem quoq; talium sollicitudinum plus afferre solere constat. Quid multa? sufficiat tibi Vlysses, quòd uita uestra reuera nihil sit aliud, quàm pugna quædam perpetua, nunc aduersus hanc, nunc aduersus illam rem suscipienda: ita quidẽ, ut considerata infelicitate, & status illius, quẽ, quamprimùm in hanc lucem editi fueritis, ingredimini, miseria, magnam plangendi (ut facere soletis) occasionem habeatis. V. Quomodo propter statũ istum plorare queamus, ego quidem adhuc non possum uidere, cum qualis ille sit, quemadmodum tute ipse scis, nascentiæ nostræ tempore

tempore perspicere nondū ualeamus. T. Quantūlibet adhuc eo tempore, quo primū nascimini, illū uitæ uestræ statum cognoscere nondum queatis: attamen loci, quem habitatum uenitis, incommoditatem incipitis persentiscere: qui quidem locus, cum alij animalium, quemadmodum tibi dixi, unicuiq; sit accommodatissimus, solis uobis est maximè contrarius. Et hinc est etiam, quòd à natura sit ordinatum, ut uos soli illud ipsum planctu uestro significare uideremini. V. Quomodo uerò nos soli? Annón equas, ut ego quidem fama auditione q; accepi, plorat etiam? T. Equum plorare solere, ego non temerè crediderim. Arbitror enim, lacrymas istas, quas certis quibusdam temporum uicibus ex oculis eius constat excidere, ex humorum ipsi in caput exhalantium abundantia procreari: cum alioquin equus animal sit planè generosum. Atq; tametsi concedamus, eum reuera plorare solere: statuendū tamē est, illud eundem propter dolorē, qui illi propter id acciderit, quòd uel dominū suū cōmutare sit coactus, uel societate equi aliū cuiusdā à se amati, cum animal sit natura ad amandum quam aptissimum, priuatus sit, facillime. Id quod inde patere uidetur, quia ipse quamprimū natus est, minimè ploret, cum uos ecōtrā faciat, & sanè maximam, quemadmodum paulo antè dixi, plorandi occasionem habeatis: cum simulatq; in hanc lucem editi fueritis, necessitate quadam non euitabili quasi ligari, per manus alienas educari, nihil deniq; eorum, quæ naturæ uestræ conuenientia sunt, per uosmet

ipfos operari soleatis. Quæ omnia cùm ita sese habeãt, rectè sanè feceris, mi Vlysses, si à tuo proposito desistēs, te diutius in me persuadendo macerare non perseueres. Ego nanq; ex illorum, qui mori quàm rursus homines constitui malint, numero quoq; quendã me esse profiteor. V. Miseret me sanè tui, talpa mi, cui idē malū, quòd ostrea accidisse suprã dixi, cõsimiliter accidisse p̄spiciã. Ipsam inq̄ rationē eodē planè tēpore, quo & hominis effigiē, perdidisti miser. Atq; si uidere cupis, an id quod assero, uerū sit, nec ne, cõsidera mihi quæso nō nihil, qualia uos sitis animalia. Nã si uos numeris omnibus essetis absoluta perfectaq; , equidem dicere non dubitarem, opinionem tuam aliquo niti fundamento. T. Quid igitur est quæso, quod tu nobis deesse putes? V. Quid illud sit, quod ego uobis deesse putem, quæris? Ostrea quidem odorandi, necnon audiēdi, & , quod adhuc est longè amplius quiddam, ex uno loco in alium sese promouendi facultate, tu uerò talpa uidendi sensu (qui quãtopere mereatur, ut magno in precio habeatur, ego non ignoro: quòd ille ipse nobis maiorem ad differentias rerum cognoscendas, quàm sensus ullus alius, conferat præbeátque noticiam) destituimini. T. At uerò non ideo nos reuera sumus imperfecta, sed eorum animalium, quæ sensibus istiusmodi prædita sunt, comparatione sic à uobis falsò æstimamur & appellamur. Imperfecta enim, reuera essemus, siquidem earum rerum, quæ nostræ speciei conueniunt, ulla careremus. V. Annón igitur uobiscum multò melius ageretur, si  
sensus

sensus illos pariter haberetis? T. Ego quidem mihi tanquã talpæ, sensum uidēdi non exoptārim. Iã deinde qđ ostree uelut ostree uel odorãdi, uel audiēdi sensus, quid itē ex uno aliquo loco in aliũ sese recipiendi facultas profuerit? Huius enim rei rationem si quidem scire uelis, ausculta me. Dic mihi quæso nonnihil, cur uobis hominibus ex uno in alium locum progrediendi pergendiq; facultas data sit. annõn ideo uobis data est, ut eas res, quibus indigetis, uobis comparare queatis? V. Profectõ sic est, quemadmodum tu dixisti. nec enim alia de causa potestas eiusmodi nature fauore nobis cõmunicata fuit: indidemq; fit, ut motum quemlibet necessariõ fieri solere, uulgõ dici constet. T. An itaq; uos, si rebus illis ipsis, quas ideo, quòd eis ad uitam uestram commodè traducendã indigeatis, hinc inde conquisitum uaditis, contrã abundaretis, unquam sic ex uno in alium locum mouere uelletis? V. Non uellemus. Qua nanq; de causa id faceremus, si nobis rerum ad uitam nostram necessariarũ copia suppeteret? T. Hoc itaq; cum sic esse fatearis, quid, amabo te mi Vlyses, ostrea ipsa localis etiam motus indiget? cum apud se habeat illud uniuersum, quodcunq; ei necessarium uideri queat. Ipse de inde similiter odoratus quid quæso utilitatis eidem asferre possit? cum ipsi natura cibos alios, quales ei maxime sunt propriũ, porrigat adeõ liberaliter, ut prorsum necesse non habeat, id quod uel utile, uel inutile contrã sit, inuestigare aut euitare. Ego quoq; si sub terra, ubi omnia ista, quibus ad ipsam usq;

*fatietatem perfrui queam, reperio, continere me uelim, quid uidendi facultatis indigeam? V. Verumenimvero tametsi uisus tibi necessarius omnino non sit, uelle tamen merito deberes, ut eodem ipso præditus esse posses. T. Sed quam, precor te mi Vlysses, ob causam illud optare uelle debeam? cum sensus uidendi meæ naturæ proprius non sit, mihiq; sufficiat, in mea me specie perfectum esse. Quânam quæso ratione tute ipse uel stellæ cuiusdam splendorem, uel alitis alicuius alas tibi expetas? V. Istiusmodi uerò cur expetam, quæ nobis hominibus planè sicut incongrua? T. Sed si homines præter te cæteri eiusmodi quid haberent, annon eadem ipsa tu quoq; uelles habere? V. Opinor equidem me tum quoque non minus ac alios habere uelle. T. Ego quoq; si reliqui talpæ uiderent, uidere sanè cuperem. Isti uerò cum non uideant, tantùm quidem abest, ut ego uidere cupiam, ut de eo ne saltem cogitare soleam. Itaq; mirum in modum te rogo & obtestor, ne te in me, quo rursus in hominẽ euadere desiderem, persuadendo diutius affligere macerareq; uelis: cum ego, quod ad meum, talparum nempe genus attinet, perfectum me esse intelligam, uitamq; mundanarũ curarum molestiarumq; omnium prorsus expertem traducam, ac talis omnino in posterũ permanere uelim, qualis modo sum: quòd nunc in hoc uitæ genere molestijs multò paucioribus exagiter, atq; tum, cum uitam adhuc agerem humanã. Hinc itaq; discedas, tuisq; rebus aliquando tandem, si placeat, animum intendas. Ego enim me hinc aliq;*

hinc aliquantulum subtus terram recipiam. V. An uigilem, an uerò somniem modò potius, equidem prorsus ignoro. Si uigilo, illud est certissimum, me Vlyssem illum qui prius esse solebam, nunc amplius non esse: quòd istorum duorum neutri, ut ueritati uellet assentiri, persuadere potuerim: Græcis autem meis id, quòd cunque uolui, olim facilimè persuadere me potuisse meminerim. Veruntamen, quia mihi fuit certamen cum duobus rationis ipsius parū sanè capacibus, euentum hunc eorum culpæ uitioq; non autem meo ascribendum putem. Atq; cum unus istorum duorum piscator, alter uerò colonus aliquando fuerit, nō admodum certè mirandum esse uideatur, exitū huius nostræ confabulationis eiusmodi fuisse. Cum uerò mihi planè persuadeam, colloquium cum cæteris institutū, eadem uia non exiturum: nisi fortassis hæc animalia sortis unius eiusdemq; sint omnia: Circen denuò cōueniam, eidemq; quid mihi contigerit, commemorabo: eamq; ut id quod mihi promisit, præstare, in eumq; finem cum alio quopiam sermones conferendi facultatem concedere uelit, obnixè obsecrabo. Cæteris enim tātum beneficium, propter id, quòd isti duo suam ipsorummet utilitatem perspicere non potuerunt, uel, quod uerius fortasse dixerim, perspicere cognoscereq; non uoluerunt, præstare non uelle, iniuria mihi uideretur esse maxima.

**Q**VID quæso dicunt isti tui Græci, mi care Vlyffes? ecquis inter eos inuentus est, qui homo rursus effici uellet? V. Ne unus quidem. Quamquam sanè uerū sit, quòd ego saltem cum duobus istis, è quibus unum piscatorem, alterum uerò colonum fuisse, tute ipsa mihi commemorasti, sermonem contulerim: quorum uita, cum miserijs molestijsquè reuera sit abundantissimæ, equidem neutrum istorum, eiusdem uitæ uitandæ causa, naturæ humanæ restitui uoluisse, mirari desino. C. Ne cogites uelim, mi Vlyffes, ut illud ita fieret me casu quodam fortuito sic dispensasse, cum id operam dederim, ut uidere inciperes, quòd, quamquam status istos, piscatum uidelicet & agriculturam, Græciæ uestræ scriptores tot tantisqu; nominibus celebrarunt, iidem tamen adeò sint humiles adeoqu; abiecti, ut propter incommoditates in illis ipsis deprehensas, animalia quæcunqu; demum cogitari queant, uel omnium uilissimæ, necnon imperfectissimæ, conditione multò meliore perfruantur, quàm isti qui uel piscatoriam artem, uel agriculturam profitètur. Et isti quidem duo tibi rationes huius rei satis multas, ut opinor, attulerunt. V. Fingamus sanè illud ipsum quod ais, sic esse. Quid autem responderes, si quidem huius ipsius rei causam ingenij illorum stuporem, esse conuinceretur? cum nequaquam dubitare queam, quin eos ingenio longè paucissimò



eiſſimo eſſe oporteat, quòd ea, quam prius egerūt, iſſis  
 adeò miſera & infœlix uideatur eſſe uita, ut hanc cum  
 illa ruruſus commutare non uelle poſſint. C. Quin-  
 imò & ingenium & prudentia hominum multò magis  
 inde perſpiciuntur, ſiquidem id operam dare norint,  
 ut in illo uitæ genere, quod ſemel electum profitentur,  
 firmiter conſtanterq; permaneant: ideo, quòd in eo te-  
 merè mutando non idem certè quidem, quod in arte  
 luſoria ad luſus aliquos bene ludendos ſoleat debeatq;  
 ſpectari: cum in uno talium duorum tantummodò uir-  
 tus, ipſa nimirum prudentia, ſed in altero fortuna (cu-  
 ius imperio ut uiri ſapientes ſeſe non ſummittant &  
 ſubijciant, quoad eius ab iſſdem fieri ullo modo poteſt,  
 elaborant) uim ſuam exercere conſuèrit: ideoq; contin-  
 gat, ut quamuis aliqui ludos ludāt & uanos & impro-  
 bos, fortuna tamē aſpirante & fauente, id quod lucran-  
 dum ſibi propoſuère, conſequantur: ſtatum uerò ſuum  
 temerè mutantibus idem nō ſoleat uſuuenire. V. Non  
 ignoras, mea Circe, quòd animalium ſpecies planè nul-  
 la reperiatur, in qua maiores, quàm in ea, quæ ſcilicet  
 eſt hominum, reperiuntur differentiæ: quorum homi-  
 num, ſi tu rem ipſam bene perpenderis, alios adeò ſapi-  
 entes, ingenioq; adeò præclaro præditos eſſe animad-  
 uertes, ut dijs ipſiſmet quodammodò ſimiles: alios uerò  
 contrà tam parua exiguaq; rerum cognitione, tamquæ  
 rudi ingenio eſſe, ut à feris adeò parum diſtare uidean-  
 tur, ut nonnullis de eo, an habeant animam rationalem  
 nec ne, maximam dubitandi præbeant occaſionem. id

quod animalium reliquorum nulli solet euenire . Nam si uel leones, uel urfos, uel aliam quandam, qualemcūq; sanè uolueris, animalium speciem contemplari tibi placuerit, unum ab alio quam minimum differre deprebēdes. Hinc est, quod ego mihi certo certius persuadeā, duos istos, quibus cū tuo suasu collocutus antè fui, quia sint ex illorum numero, qui suam ipsorummet commoditatem & utilitatem propriam, uel econtrā incommodum detrimentumq; , quod in suo cuiusq; uitæ genere cuiq; contigisset, parum perspexerint, ideo non aliter quàm reliquos omnes, qui statu aliorū suum meliorem semper existimare solent, egisse. C. Quòd si cū bona, tum mala, quæ homini in eo uitæ genere, in quò uiuit, accidunt, ingenio, necnon intellectu solū censenda uiderētur, ego quidem te uerum dicere cogitarem. Nam uerò per ipsam experientiam duntaxat æstimāda sunt. Ea enim, quemadmodum non ignoras, mi Vlysses, unicuiq; tantam præbet rerum cognitionem, ut quales quales eæ sint, planè perspiciat. Tu tamē nihilominus in opinione tua persistēs, loquere nō nihil cū isto, qui gradu obliquo per uia ingrediens, rectā ad nos accedit, serpente: quòd is, siquidē adhuc bene memini, quē in eum transfigurauī, olim Græcus extiterit, tibiq; fōrtasse multò melius ac isti, quos antea periclitatus es, sit satisfacturus. Atq; ut illud ipsum facere queat, ego illi & loquendi, & ad interrogata tua tibi respondendi concedo facultatem. V. Non est dubium, quin sui te mentionē fecisse perspexerit, quòd sine ullo nutu oculos suos in te planè

te planè conuerterit & coniecerit. C. Fieri potest, ut hoc ita sit: tu uerò eum alloquere, quod ut aliquanto cōmodius facere queas, ego interea ad meas istas, quas nosti, nymphas me conferam, & ad litus hoc marinum animi nonnihil recreādi gratia inter eas obambulabo. V. Tametsi libentissimè bestias illas duas allocutus, ne quidem hilum profecerim, illudq; quod maximopere cupiebam, ipsam nimirum ueritatem, istis persuadere non potuerim: nihilominus tamen hoc cum serpente sermones conferre non intermittam. Serpens, heus serpens. S. Quid facere me uis, Vlysses? Dij boni, quid hoc est rei, quòd instar hominis alicuius deuò cum intelligere, tum uerò loqui possim? Ergòne fieri potuerit, ut nunc iterum talis, qualis aliquādo fui, homo sim factus? Ut ipsi dij hoc omen auertant, precor. V. Quid igitur est causa, mi serpens, quòd hominem te rursus effectum non uelles? Illud fortassis uite genus, quod quandiu homo fuisti, professus es, in causa est. S. Non est illud in causa, mi Vlysses: at potius ipsamet hominis natura, quæ profectò nihil aliud est, nisi miseriarum quoddam quasi diuersorium. V. Planè mihi uidetur, quòd in bestiam duabus istis superiore bus undiquaq; similem rursus inciderim. Heus serpens, ut gradum sistas aliquātulum, meq; audire uelis, etiam atq; etiam te rogo. In mea solius est situm potestate efficere, ut in hominem rursus euadas, quòd eandē ipsam potestatem Circe, à me propter amorē, quo te, qui mecum sis unius eiusdemq; patriæ, prosequi non desino, rogata,

rogata, mihi concesserit. Donum inquam tantum hoc certè quidem tempore in te conferre possum. S. At qui per me sanè licet, ut istud ipsum in alium quendam, in quemcunq; uolueris, potius quàm in me conferas. Quæmetiam te precor Vlysses, ut hoc modo me uitam meam transigere mihi permittas: ideo quòd damnum nimis magnum facturum esse uidear, si quidem hunc uitæ meæ statum cum uestro commutem. V. Quamobrem quæso? S. An isti, cum quibus antè collocutus es, huius rei causam tibi non attulerunt? V. Isti utriq; homines cum conditionis adeò tenuis & abiectæ, tum uerò cognitionis adeò perexiguæ fuerunt, ut eorum sermonem certè quidem parui faciendum putem. S. Nullàmne igitur rationem, propter quã mouerentur, ut homines iterum perfici non cuperent, assignârunt? V. Assignârunt uerò. Nam prior illorum, qui piscatoriam fecerat, ideo sese nolle dicebat, quòd talis, qualis erat, permanens in posterum, necesse non esset habiturus, ut de habitatione quicquam cogitaret: quia nimirum istiusmodi cura cætera, præter unum hominem, animalia (quorũ quædam terræ cauernas, quædam uirgulta, quædam arbores, quædam aquas, & alia deniq; alias mundi particulas pro domibus, ubi commorarentur, haberent) minimè conflictarentur: posterior uerò, qui agriculturam tractauerat, ut ab agro (qui nõ aratus, nec hominis consitus industria, eidem homini propria sponte non ita, quemadmodum reliquis animalibus, cibum procrearet) colendo liber esset, talem

qualis

qualis erat, sese quoq; deinceps esse permansurum confirmabat. S. Ego uerò, Vlysses, cum quandiu homo fui, fecerim medicinam, tibi aliam quandam, quæ uobis hominibus miseriæ multò maioris, atq; superiores illæ duæ calamitates esse reputari queant, occasio sit, causam faciliè demonstrarim. quòd ut superiorum miseriarum uni, agriculturæ: alteri uerò, architectonicæ cognitione remedium parari potest, sic huic non item. V. Ea uerò qualisnam sit, mihi significare ut uelis, te oro. S. Ea est constitutionis, uestris corporibus à natura concessæ, debilitas, propter quam tot tantisq; morborum generibus estis obnoxij, ut nequaquam dici possit, uos ullo tempore sic, quemadmodum nos sumus, perfectè sanos esse. Præter hoc deinde natura quoque non estis ita fortes, quin per inordinatam confusamq; uiuendi consuetudinem, & eam quidem uel omnium minimam, uos ægotaturos esse, uobis metuendum sit. V. Atqui natura, quemadmodum duobus illis paulo antè quoq; dixi, nos tales ideo procreauit, ut nostris actionibus tanto melius defungi possemus: id quòd tam faciliè profectò facere non potuissemus, siquidem nos ex humoribus & sanguine ( quæ duo natura nostri præcipuam materiam esse uoluit ) tam crassis, quàm sunt isti, è quibus uos animalia constare uoluit, composuisset, tantòue corporis robore, quanto uos estis, nos quoq; similiter esse uoluisset. S. Quin ideo natura uos ita condidit, ut omnium animalium, quæ in uniuerso hoc mundi teatro usquam inueniri possint, essetis infirmissima. V.

ma. V. Quantumuis illud ipsum, quemadmodum tu quidem contendis, omnino uerum esset: annón tamen id, quod nobis incommodaturum nociturumq; uideretur, prudentia, quam nobis eadem natura communicauit, uelut admonente nos, euitare possemus? S. Id fieri quodammodo posse, faciliè tibi dederim: sed in uniuersum fieri posse, ego minimè crediderim: cum res sit adeò difficilis, ut à quampaucissimis eam præstari cernas. Quid multis opus est uerbis? Natura uos ideo tales effecit, ut eadem ipsa se uobis inimicã esse significaret. Id enim perspicitur inde, quòd uobis appetitum cum insatiabilitate tanta, tamque immoderata comedendi uoluntate coniunctum inseuerit, ut uos à studio ciborum nouorum continuè conquirendorum nunquam prorsus abstinere queatis: & ijs qui uobis arideant, aliquando tandem peruestigatis, aut difficilimè, aut nullo quidem modo uobis ita moderari possitis, quin longè plus atque necesse sit, comedatis. Vnde postea nascuntur inter uos morbi tam multi, tam uarij, tam graues denique, ut dici non possit. V. Quinam sunt igitur isti cibi, quibus præter eos, qui nostri sustentandorum conseruandorumque gratia naturæ beneficio ordinati fuère, nos uesci dicis? S. Quinam? infiniti propemodum, sed imprimis omnes isti, quos per semetipsos ad fruendum non aptos, uos ad alios meliores efficiendos arte quadam adhibere soletis: cuius generis (ut hoc exempli causa dicam) est sal, est piper, & his alij non absimiles. V. Quid ais? Nam quod at

quod attinet ad me, ego his contrarium planè statuebã esse uerum : idcò quòd sæpenumero audiueram dici, hominẽ sine sale uiuere nequaquã posse. S. id homo superfluitatibus istis, quarũ ipse sibimetipsi, cum nimis cibi, tum nimium potus ingurgitando auctor est, acceptum ferat. Nam ut illas postea rursus exsiccet, sale opus habet. Qui quidem homo si cibis simplicibus tantummodò contentus esse uellet, eorundemque tantum, quanto opus haberet, assumeret, cum humores illos superuacuos sibi nequaquam generaret, tum deinceps eorundem humorum rursus exsiccandorum sollicitudine teneretur adhuc multò minus. Verùm quid? huius rei cardo uertitur in eo, quòd homo per istiusmodi condimenta (quo quidem nomine res istæ omnes, quæ per semetipsas bonæ non sunt, alias uerò per sese bonas meliores efficiunt, appellari consueverunt) cibos meliores appetituique gratiores, quàm per se sunt, reddere conetur, et ita comedat multò plus, quàm necesse sit, ad id ita faciendum, ciborum suauitate pellectus. Insuper tanta saporum uarietate sic incitatur ille homo, et agitur, ut multò plus, quàm requirat ipsa natura, quoque bibat. Inde uerò fit, ut in ipso multi catharri, multa phlegmata, apoplexia, chiragra, dentiumque dolor adeò magnus, ut illos euelli necesse sit, oriantur, iisdemque malis alia uel sexcenta succedant: qualia nostrum quidem nemini solent euenire. V. Ad hanc rem quod attinet, equidem

equidem confiteor, te quadamtenus dicere ueritate. S. Iam si nos animalia consideraueris, inuenies profecto, naturam nobis multo melius atque uobis uoluisse: cum nobis appetitum concesserit adeo moderatum, ut & eas tantummodo res, quæ nobis sint salutare, appetamus: & earundem tantum quantum nobis saturandis opus est, præter id uero ne unicũ tantummodo morsum deinceps assumamus. Præterea quoque nos cibos illos nostros, ut sua suauitate nostrum appetitum quasi ui quodam cogant, neque uariare, neque unquam miscere nouimus. Quid? annon uides præterea, quod uestrum in tot tantaque mala præcipitandorum causi uobis ingenerauerit, ut eas res, quæ directe sunt ipsum sensus odorandi obiectum (qualis est, ut hoc uerbi gratia adducam, sanguis suppurationis cuiusdam, qua nostrum quodpiam laborarit, corruptus: quæ preciosum quid esse, profecto non crederes) cum cibis uestris commisceretis: illum uidelicet in finem, ut eorum comedendorum desiderio maiore uos afficeret: cum nos interim animalia in partem contrariam talia creauerit, ut aliarum rerum nullarum, nisi earum saltem, quæ & nobis nutriendis necessarie sunt, & quarum nihil omnino præter id quod sufficeret ad satietatem manderemus, odore delectaremur. V. Imò uero, hoc eam fecit ob causam, ut cerebrum (cuius in nobis sua natura frigidi nos maiore quam uos reliqua animalia quantitate opus habeamus: ideo, quod in eodem actiones interiorum sensuum nostrorum, qui intellectui deinceps inserviunt, exercitare



tare nos oporteat) odoribus istis, qui sua natura calidi sunt omnes, recalescere nonnunquam possemus: adeo quidem, ut propter idipsum ad gratias eidem nature perpetuò referēdas obligati uideamur, quæ nos ita creauerit, ut tantum ex rerum bonarum odore uoluptatis oblectationisq; quantum cuperemus, omnino capere possemus. cum uobis animantibus econtrà tam bene minimè uoluerit: quæ sic cōdiderit, ut ex aliarum nullarum, nisi ciborum tantummodò uestrorum, odore uoluptatem percipere queatis. S. Equidem, ut uerum fatear, scire non possum, an id, quòd uos illū sensum perfectiorē quàm nos habetis, uobis interitui perditionique potius, quàm saluti sit, nec ne: quòd odorū illorum, quos uos sentire soletis, multò plures mali sint quàm boni. nisi fortasse natura uos odores sentiendi facultate præditos esse uoluerit ideo, quòd per uosmetipsos in uestris proprijs corporibus humorum superfluatorum, qui ferè omnes odorum malorū efficientes esse solent, copiam longè maximam non generetis: id quod, cum nobis itidem nō usuueniat, est signum debilitatis; nec non imperfectionis nature uestre, tot, tantis, tamquæ uarijs, ut tibi suprà dixi, infirmitatibus, quæ nobis animantibus ne quidem notæ sunt, obligatæ subiectæq; multò manifestissimū. Quid? annón animaduertis, quòd ipsi duntaxat oculis plura quàm sexcenta ægritudinum genera possunt accidere? V. Quamuis illud omnino sic esset, quid tum postea? cum nobis illarum curandarum modus aliquis sit optimè perspectus. S. Is uerò

C

modus,

*modus, quem dicis, quisnam sit, ex te scire peruelim. V. Is est ipsa medicina, quæ ars hominibus est adeò nota, ut in ea prorsus excellere uideantur: id quod te sanè præterire non debeat, qui, quemadmodum supra confessus es, medicus aliquando fueris ipsemet. S. Hoc scilicet est illud ipsum, cuius mentionem te facere uel in primis optabam, quòd ob unicum illud homines multò miseres & nobis inferiores esse putem. V. Id uerò cur ita sit, ut aperire mihi uelis, abs te omnino cõtendo. S. Idco quòd ego planè statuam, medicinam plurimum inter uos malorum quàm bonorum auctorem esse, qui ea utentes facultatum uestrarum summam necertè quidem capitalem retineatis. Nec ego solus iste sum, qui sic existimet, cum te omnium minimè prætereant, ciuitates in Græcia uestra quamplurimas inuētis fuisse, quæ & medicinæ professionem medicis interdixerint, & illos ipsos medicos expellere eijcereq; nõ dubitarint. V. In quem quæso finem dicis illud ipsum? idcõne dicis, ut negare uelis, medicinam artium liberalium septem esse unam & uerissimam, & hominibus ipsis utilissimam? Quod si sentis, etiam atq; etiam uide to, ut ne error iste potius ex teipso proficiatur, quàm aliunde: & cum tu rem non intelligas, eam cõuilio proscindas: hominum istorum, qui cum quidpiam scire nõ possunt, id ipsum non modò per semetipsos, uerum etiam per ullos alios sciri posse, negare non uerentur, præuam consuetudinem secutus. S. Quòd illa per sese sit ars quædam & uerissima, & hominum generi fru-  
 tuosissima,*

Auosissima, & multarum deniq; laudum præconio dignissima, absit ut ego negare uelim. Neque similiter id negare uelim, quòd ego non minus pauca, quàm hominum cæterorum, uelut asserebas antè, nonnulli, perspiciam. Sed tamen catenus, quatenus illa sciri cognosciqu; potest, equidem affirmare non dubito, eius me tanto opere peritum fuisse, ut in medicis Græciæ nostræ principibus fuerim numeratus. cuius quidem rei uel tu ipse testis locupletissimus esse potes: ideò, quòd mihi habeam persuasissimum, te quamsepiissimè Egesimi cuiusdã Lesbij mentionem fieri audiuisse. V. Tene igitur Egesimum illum esse Lesbium, uel, ut melius dicam, Egesimi illiusce Lesbij spiritum? S. Ego medijsfidius is ipse sum: quòd cum mundi perlustrandi gratia peregrinationi me dedidissẽ, in nauì quãdam uectus, hucq; tandem aliquando appulsus in seram hanc fuerim transmutatus. id quod reliquis omnibus, quos nauigationis eiusdem mihi socios adiunxeram, non minus usuuenit atq; mihi. V. Equidem permagnam ex eo, quòd mihi tecum colloquendi data sit copia, percipio uoluptatem. Nec enim paruum opere precium me facturũ putarem, si te rursus hominem, qualis antè quàm huc uenisses, eras, effectum in Græciam nostram reducerem: cum eadem Græcia tui fama sit adhuc plenissima. S. Atqui si tu mihi gratum facere fortasse uolueris, mi Vlysses, prudenter egeris, si nihil proptus es de re ad me loquaris. Nec enim unquam, quod attinet ad hoc, in tuam discedere decreui sententiam. Ac ut uideas, illud me

non sine graui ratione sic mecum constituisse, equidem ad disputationem superius à nobis inchoatam reuertens, affirmo, quòd medicina duplici modo considerari possit. Vno quidem sic considerari potest, ut sciētia esse iudicetur: quo quidem modo illa est uerissima, nec non certissima, ideo quòd in uniuersalibus tantūmodò ponderandis occupetur: quæ uniuersalia cum sint æterna, & nullo prorsum tempore uariētur, rerum quandam certitudinem nobis impertiuntur: quarum quidem rerum tali modo per causas ipsarum comparata cognitio, scientia nuncupari potest, & ad uim contemplatiuam, cuius finis & scopus est, una rerum ueritatis inquisitio, refertur. Hoc quidem modo norunt eam cum alij multi, tum ego similiter eiusdem me non ignarum profiteri nihil erubesco. Altero deinde modo sic consideratur, ut uelut ars quædam reputetur. Iam cum tu non ignores, omnes artes ab experientia proficisci, an eam tali modo non credes concedesq; esse fallacissimā? Atq; quòd illud ita sit, ipsimet etiam medici palàm confitentur: experientias nimirum in hac arte fallacissimas esse pronunciantes. Hinc est, quòd eadem ad actiuam potentiam (cuius finis est, operari, & circa particularia considerata occupari: id quod in ipsa medicina uerissimum esse, quotidiana conuincitur experientia) referatur. V. Itaq; cum tu medicinam facitans, operari parum noffes, undenam, amabo te, tātam, quam tam inter homines obtinuisti, conciliare tibi poteras existimationem & auctoritatem? S. Ex hominū simplicium

plicium (qui sæpius illud quod agunt alij, non diligenter ponderantes, per id quod ijdem isti garrire solent, imponi sibi, scq; in fraudem turpissimam impelli sinūt) amentia. V. Ita profectò comparatum est, ut homines, quod ad res ipsorum proprias attinet, uideant per parum. S. Atq; si tu medicinam spectare uolueris, inuenies mehercule, per eã id, ut scilicet homines simpliciores decipiantur & circumueniantur, multò facilius accidere, quàm per artes ulla alias: ideo, quòd quisque sibi uitam prològare nitatur studiosissimè. Quod si tu præterea sic esse, quasi niuis coloribus depictum & ob oculos tibi constitutum uidere cupis, perpende quòd pro illis peccatis, propter quæ in alios ultimo supplicio solet animaduerti, nobis aurum soleat appendi: quæ tamen tot tantaq; à nobis medicis committuntur, ut nisi terra cõtegerentur, pessimè non minus cum nobis, quàm cæteris hominib. facinorosis, ageretur: quæ admodum quidam Græciæ nostræ sapientum quòdam significare non uerebatur. Is enim ipse aliquando interrogatus, quònam modo fieret, quòd nunquam prorsus egrotaret: id ideo, quia cum medicis nullam contraheret iniretq; communionẽ, fieri subiiciebat. V. Quin igitur idem ipsum alius quidã uir magni nominis, qui nullum bonum medicum ullo tempore medicamentum sumfisse dicebat, probè perspectum cognitumq; habuerit, dubium profectò nõ est. S. Sed tu alterum istud simul adiungere debueras, Vlysses. V. Qualenam dicis alterum? S. Quòd nullus bonus aduocatus ulli

unquam suo nomine litem intenderit. Sed ad medicos istos quod attinet, illorum profectò nomine agitur nobiscum multò peius: qui ut imposturæ suæ fidem quandam cõciliant, semetipsos uti medicamentis persuadere non dubitant idiotis: eaq; de causa ista sibi ab aromatarijs uel pharmacopolis & preparari, & ab ipsdẽ domum suam sibi asportari curant: accepta uerò mox abijciunt: id quod ego dicere cur uerear? qui id genus quosdam medicos probè norim, quos id quod dixi sc̃ditare solere non ignorem. V. Quis est quaso, qui nesciat, uitam hanc nostram præter imposturam aliud esse nihil? quodq; nos homines illud unum tantummodo studeamus, ut alij alios circumueniamus? S. Et quidem pars circumuentionum maior ibi committitur, ubi eis fides adhibetur, quòd adhibita fide, se multò facilius ac ulla re alia tegere possint & operire. V. Nõ ignoras, ut opinor, id quod uulgò dici consuevit, fiduciam illam, quam quis egrotans in medico habeat collocatam, eundem egrotantem sepe numero iuuare multò plus, ac ipsammet medicinam: et quanto item speciosioribus uerbis medicorum quisq; persuadere possit egrotanti, tanto quoq; plus sui fiduciæ sibi conciliare cõsueuisse. S. Quid ni sciã, quòd per scitè loquendi, nec nõ bene persuadèdi scientiã, & illud quidẽ imprimis apud mulierculas, quarũ præconio multò frequẽtius ac alijs ipsi medici famam quandã consequuntur, minimè uerò omnium per id, quòd praxios suæ bene periti sint, talẽ sui fiduciam apud malè habentes comparare soleant?

Quidẽ

Quid? quòd neminem mortaliũ medicæ facultatis perfectam & absolutam cognitionem habere, nisi tibi fortasse molestum sit me dicentem hac de re diutius audire, inde possis cognoscere, Vlysses, quòd uni cuidam malo curando remedia soleant adhibere plura quàm sexcenta. V. Quinimò serpēs, quanto plus remediorum medicus aliquis uni cuidã morbo depellendo nouit administrare, tãto suæ artis sese peritiorem esse declarat. S. Ego uerò Vlysses, quod opinioni tuæ prorsus est cõtrarium, statuo concludendum: ideo quòd uni cuidam morbo multa remediorum genera propinare, signum sit multò manifestissimum, quòd medicus iste qui facit hoc, remedium illi malo proprium & usquequaq; conueniens ignoret. Nam quemadmodum omnes effectus unam quandam propriam causam sui procreantẽ duntaxat habent, quamuis aliæ deinde per accidens possint esse permultæ: ita quoq; unumquodq; malum, suum habet remediũ sibi proprium: quod remediũ si quis bene cognitum perspectuinq; haberet, is ipsum quoq; malũ procul omni dubio curaret: ad eò certè quidẽ, ut si quẽ uideas, qui tibi uaria contra unũ quoddam malum communicet remedia, liberrimè quidem possis affirmare, quòd remedium malo tuo proprium non norit, sed adhuc quale sit, inuestigare uelit: quodq; tibi iccirco maxime opere sit opus, ut ipsi dij, quemadmodũ dici queat, illi remedio tibi communicato benedicentes tui misereantur. V. In uestras itaq; manus incidere, quàm nobis salutare sit, cogita. S. Quàm salutare sit, ipse uides

des Vlyſſes. Hinc multi proſectò ſunt, qui dicere non dubitent, medicum bene fortunatum tolerare conducibilius eſſe, quàm bene doctum. V. Medicum uerò bene fortunatum qualèmnam, te quæſo, dicis? S. Medicum bene fortunatum uoco illum, quiſquis maiorem ægrorum, qui in manus et poteſtatem illius peruenère, partè ſanitati reſtituit. Nam quemadmodũ iſte uocatur bene fortunatus, cuius rerũ quas agit, maior pars felicem bonumq; ſortitur exitũ: ita quoq; medicus appellari conſuevit fortunatus, cui in dubijs medicamentorũ præſcriptionibus, ſemper id quod melius eſt, forte fortuna ſe offert: ideo quòd, quemadmodũ tibi dixi, uniuerſalia particularibus accommodare, medico ſit multò longèq; difficilimum: indeq; neceſſariò requiratur, ut medicus fortunam habeat ſibi fauentiſſimam, ſiquidem in aliquod periculũ quammaximũ non incidat. V. Quod attinet ad illud, de hominum ſanè cum imperitia, tum uerò ſimiliter auaricia (ideo quòd id, cuius cognitionem ſibi nullam comparauerunt, lucri ſaltè conſequendi gratia tentare non uerentur) nos contriſtandi occaſionem habemus. S. Quamuis id rectè quidem Vlyſſes, de natura tamen ipſa uos contriſtandi cauſam mediufidius habetis multò iuſtiorè: quæ de ſalute ueſtra non perinde, quàm de noſtra, fuerit ſolicita. Nã præter id, quòd corpora ueſtra conſtitutione uoluit eſſe debili, appetitum quoq; proſus immoderatũ uobis omnibus ingenerauit: medicinã deniq; talem, quæ uobis reuera potius damnoſa quàm fructuoſa ſit, eadem cõmonſtrauit. V.

Eámne



Eámne igitur, quod attinet ad hæc, maiorẽ uestri quàm  
 nostri curam gessisse dicis? S. Illud omnino. Corpo-  
 ribus enim planè uigorosis & robustis nos esse uoluit:  
 appetitum deniq; tam bene regulatum communicauit,  
 ut ad rem nullam, quæ naturæ nostræ contraria sit, ap-  
 petendam nos incitet: curandis deniq; nostris infirmi-  
 tatibus medicinam nos edocuit, illa quam uobis homi-  
 nibus ostendit, multò perfectiorem. V. Id ego solidis  
 potius argumentis abs te mihi probari, quàm nudis tan-  
 tummodò uerbis affirmari uelim. S. De præstantia  
 constitutionis corporũ nostrorũ ratiocinari quid atti-  
 net? cum de ea sic constet inter omnes, ut omnino nega-  
 ri non possit. Appetitu uerò multò moderatiore, quàm  
 uos estis, esse nos, siquidem scire cupis, considera mihi  
 nonnihil illũ modum, quem cibũ capientia solemus ob-  
 seruare. Nam nullũ prorsus è nobis inuenies, quod præ-  
 ter cibos illos, qui nostræ naturæ conueniunt, appetat  
 ullos alios: & id quidem adhuc tanta cum moderatio-  
 ne, ut nõ plus quàm ad satietatem requiratur, assumat:  
 cum, quod ad uos attinet, contrarium liceat obseruare.  
 Nam cibos, qui uobis nocentissimi sint, non modò sex-  
 centos expetere: uerum etiã eorũ, qui uobis placent, uti-  
 les nimirũ, multò plures quàm necessitas ipsa requirat,  
 ingurgitare non dubitatis. V. Hac in re uos nobis  
 multò feliciores esse, equidem fatendũ est. S. Iam de  
 bibendi consuetudine uobis usitatissima, quid est, quod  
 aliud in mediũ proferre queam Vlysses, nisi id, quod, u-  
 bi nos tantũ, quantũ ad nostri conseruationem requiri-  
 tur,

tur, imbibamus, ibi uos per oblectationē, quam ex hau-  
 stū quopiam uini percipitis, eousq; uos abduci permit-  
 tatis, ut uos non tantummodò inebrietis, uerum etiam  
 infirmitatū plurimarū uobismetipsis auctores existere  
 soleatis. V. Ut ea de re disputes, ego sanè non libenter  
 permisero, qui apud me planè statuam, in illo ipso natu-  
 ram demonstrare uoluisse, quòd nobis multò magis at-  
 que uobis bene uellet, quæ nobis solis illū liquorem tot  
 tantisq; modis pretiosum donarit. S. Illud ego quoq;  
 sic esse faciliè faterer, siquidem uobis appetitum tali  
 modo regulatū, ut ne plus quàm uobis opus esset, eius-  
 dem uini biberetis, eadem opera fuisset imperita. quod  
 cum non fecerit, non aliter profectò mihi uidetur egis-  
 se, quàm si quis alicui, qui uel iudicio destituatur, uel  
 per prauam uoluntatem sese quasi de gradibus ipsius  
 rationis deturbari permittat, aliquid quod ei nō minus  
 nocere quàm prodesse possit, in manū tradat. V. Tu  
 uerò licet annos in hac re mihi persuadenda consume-  
 res aliquot millenos, ego tamen assentirer tibi nunquā.  
 S. Nunc, ut ad res uenereas descendamus, an non per  
 easdem uos eò dementiæ rapi solere concedes, ut sepe  
 numerò uobis ipsam quoq; mortem consciscere non du-  
 bitetis? id quod nobis animantibus equidem non usuue-  
 nit: cum, si rem ueneream spectare uolueris, natura fe-  
 cerit nos tanti, ut eius desiderio quod uestri simile sit,  
 affici nequaquā permittat, nisi statis & certis quibusdā  
 temporibus: quibus ei desiderio nobis indulgendum est  
 ideo, ut uel istam superfluitatem in nobis abundantem  
 excernat;

excernamus, uel alioquin operam nostræ unumquodq; speciei propagandæ nauemus. V. Quasi uerò non inueniantur inter uos animalia quoq; nonnulla, quæ ad similes illas ueneris actiones, oblectationis indidem percipiendæ gratia obeundas, prona procliuiaq; sint æquæ atq; nos homines. S. Sed quale nam quæso? nisi fortasse sit equus, uel alia animalia equo nō absimilia: quæ cum inter uos singulis diebus negotiorū uestrorū perficiendorū causa uersentur, fortassis à uobis ad id genus actiones incitantur: idq; ad utilitatem uestram. Sed his omiſſis, progredere ad aliam rem quandã, qualis ad sanitatis conseruationem opus est non minus, ac illæ sunt de quibus est iam dictū. Itaq; si consideres nonnihil aerem, cuius qualitas est certè quidem momenti longè maximi, quod & uobis & nobis omnibus necesse sit, ut cōtinua quadam spiritus attractione nostri partes interiores impleamus, quale nam, te precor, è nobis animalibus inuenies, quod in eo loco, ubi aer eidem salubris accommodusq; sit, non obuersetur? Atque cum nos illū aerem eiusdemq; locū nobis utilem nulla planè ui coacta queramus, uos sæpenumerò cum lucri captandi, tum aliarū rerum uel sexcentarū gratia solū uertentes, in eum non rarò locū inciditis, ubi uobis aer adeò contrarius est, ut uobis immaturam mortem concilietis. V. Illud profectò difficulter negari potest. S. De somno, de diæta, deniq; de rebus alijs ad corporū uestrorū constitutionis, sanitatisq; uestre conseruationem apprimè facientibus, nihil equidem disputare uelim: cum uosmetipsi probè

probè sciatis, nos his rebus uti tempestiuè neq; solere, neq; posse. id quod inde quidem nascitur, quòd uos ad illud ipsum uel per artem, uel per phantasiã uestram non sitis idonei: cum nos illis ipsis rebus, quoties natura postulat, utentia, nullis planè temporibus aberrare solcamus. Indidemq; fit, mi Vlysses, quòd nos animalia multò paucioribus, atq; uos homines, infirmitatibus infestemur. Veruntamen si nos interim morbis quoq; nõnullis inficiamur, ad eosdem curandos unumquodq; nostrum, ipsam naturã ducem secutum, per semetipsum potest inuenire, quod opus est, remedium. V. Illudne, quod asseris, est ita certum? S. Certissimum uerò, mi Vlysses: Et id adeò quidẽ, ut inde planè perspicere queas, quòd ipsa natura nos multò longeq; plus amãrit atq; nos: quæ unicuiq; nostrum speciei remedia, quibus malo, cui fortasse fieret obnoxia, mederetur, ostendit. Sed quid dico, unicuiq; nostrum speciei naturam tale beneficium contulisse? cum non unicuiq; nostrum tantummodò speciei, sed eiusdem quoq; speciei cuius indiuiduo demonstrãrit. V. Rem mihi narras prorsus admirãdam. S. Quamobrem, cum tibi id ipsum quod dico tantopere mirandum uideatur, equidem nolim ut in meis saltem uerbis acquiescas, sed ut potius ipsa re tibi per me satisfieri exspectes. Quare si nos serpentes aliquantulum consideraueris, id quod asserui, uerum esse reperies. nos enim, simulatq; uernum tempus appropinquauerit, intelligentes pellem nostram, quæ nobis per hyemis spaciũ uelut agglutinata tergori quàm firmiter

firmiter adhaferat, laxatam esse, ad foeniculum comedendum arreperere solemus: quod à nobis comestum, efficit, ut illas pellis antiquatae uelut exuuias exutas abijcere queamus. Vidētes autem deinde, quòd eadem ipsa nobis uisum reddiderit obtusiorē, tali quoq; malo medendi gratia ad eandem herbam recurrimus depascentiam. Quid? annón omnes lacertae herbam quandam certam, qua nostris morsibus impetite sibi medeantur, habent? Cerui quoq; quoties illis iacula uestra sunt infixata, annón omnes ad dictamnium confugiunt? cum uerò deinceps ijdem à phalangio, quod araneorum uenensarum genus est, icti sunt, an de cancris comedentes sibi mederi non norunt? De hirundinibus quid dicam? quae quamprimū suos pullos ex oculis laborare percipiunt, annón illorū morbū chelidonia curare sciunt? Iam quoq; testudines, cum à nobis morse sunt, annón cicuta sese reficiunt? Mustela deinde cum foricibus decertatura, annón sese prius, quàm ad illud faciendum aggrediatur, rutham comedendo fortem robustamq; facit? Ciconia uerò, annón suis infirmitatibus origano, sicut hedera ipsi apri, medetur? Elephantus praeterea annón contra uenenum chameleontinū folio sese munit oleagno? urse uerò folio mandragorae & formicis insuper comestis? Iam columbae syluestres, monedulae, merulae, perdices, annón superfluitates suas lauri folijs expurgant? colubae uerò domesticae, turtures, gallinae, ea herba quae gallinae morsum uocitare solent? Canes quoq; & feles uentrem suū grauiter affectū sentientes, annón herbas ro-  
 re con-

re confpersas ad eunt, eisdemq; comestis sese purgant? Verumenimvero quid opus est, ut ego tibi longam harum rerum pertexam deinceps historiam? Nam quantumuis animalium speciem, qualemcunq; uolueris, contemplerem, inuenies tamen, quod unamquanq; suis infirmitatibus, qualibuscunq; subiecta esse queat, curandis remedium natura docuerit: & quidem non solum, quem admodum tibi supra quoq; dixi, unamquanq; eorum speciem, uerum etiam unumquodq; eiusdem speciei indiuiduum. Inde quoq; fit, ut inter nos omnino necesse non sit, quod aliud animal alij pro opera molestiaq; ad suo malo medendum suscipienda satisfaciatis, aut aliud nostrum alij dubijs in reb. sese subiiciat, aut, quod adhuc est multo peius, aliud alij mortis suae auctori mercedem persoluat: id quod uos homines miserissimi sepe numero facere soletis. Nisi fortasse, quanto plus pecuniae uestris illis medicis (quibus ut satisfaciatis, numos omnium praestantissimos impendere non raro uos oportet) dare consueueritis, uos tanto quoq; feliciores esse putetis. V. Ad hoc quidem quod attinet, non omnes idem facere solemus eodem modo. Verum quid tu interim tibi uis illis sermonibus? annon enim in uobis quoq; animantibus stulta reperiuntur satis multa? S. Omnino nulla, mi Vlysses. inter nos enim animalia (id quod ego te etiam atq; etiam cum animo tuo bene ponderare uelim, Vlysses) nullum prorsus inuenitur, quod eo intellectu, qui suae nostrum cuiusq; speciei conueniens & proprius est, indigeat: quantumuis alia alijs paululum sagaciora fortassis

tassis esse deprehendas. Sed si stulti, qui sunt inter vos  
 homines, albos gestarent pileolos, annon eos anserū mo-  
 re gregatim conspici posse diceres? V. Sed illud for-  
 tasse dubitari possit, an isti quos tu stultos appellare  
 vis, reliquis hominibus, quos econtra sapientes existi-  
 mes, reuera & sapientiores sint, & fortuna meliore  
 nec ne perfruatur: ideo quòd mihi nunc redeat in men-  
 tem de quodam, qui cum è morbo stulticiæ suæ conua-  
 luisset, & à quadam femina, filium suum eodem malo  
 laborantem curare cupiente, quibuscumque medicamen-  
 tis usus, integritati sensuum restitutus esset, interrogare  
 tur, id sese illam docere non uelle respondebat: ea nimi-  
 rum de causa, quòd isti, cuius à simili morbo liberandū  
 daret occasionem, iniuriam nimis magnam uideretur  
 illaturus: qui sibi persuasissimum haberet, nunquam se  
 ullo tempore ad suam uoluntatem tam bene fluente u-  
 sum fuisse, quàm eo, quo durãte stultus aestimatus & ha-  
 bitus fuisset. S. . . Qua uerò alia de causa credis illum  
 commotum fuisse ut ita statueret, nisi ea, quòd eo tem-  
 pore (quo sensibus, & ita cogitationibus; quæ hominē  
 molestijs quammaximis afficere consueuerunt, exutus  
 erat) durante, ipsam humanæ naturæ miseriam nō me-  
 minerit? V. Ea de re iam tecum disputare non uolo.  
 Ut igitur ad argumentationem illam nostram superio-  
 rem reuertamur, dico tibi, quia uos aegritudinibus pau-  
 ciorib. atq; nos obnoxia sitis, inde nasci, quòd uita mul-  
 tò breuiore prædita sitis atq; nos: id quod profectò ma-  
 lum nō paruum, infelicitatemq; non exiguam uobis es-  
 se, re-

se, reputandum est. S. Quid' ni uerò nobis id malum sit longè maximum? nobis inquam Vlysses, quæ naturæ providentia res istas quibus indigemus, omnes adepti sumus, & sine ullo dolore sineq; ulla perturbatione optima sanitate prædita, uiuere soleamus: dolorem denique, qualèmcunq; nobis ipsa mors queat incutere, per exiguū iudicemus: ideo quòd nos mortem cōtrà quàm uos neq; præuidentia, neq; deinde, quanti momenti sit uita priuari, dissolutaq; natura interire, æstimare ualentia, illam quam tu dicis Vlysses uitæ breuitatem per parui faciamus. quæ res si cum uobis itidem sese haberent, uos multò felicissimos reputare possētis. Nam cum uita uestra plurimorum incommodorum & molestiarum omnino referta sit, ea certè quanto longior erit, tanto diuturniorum malorum uobis perferendorū causa futura fuerit existimanda. Sanè, quamprimū dolor aliquis caput inuasit, euestigiò mortis angore tãto corripimini, ut animi dolor eo qui corpus externum infestat, uobis longè sit intolerabilior: adèò certè quidem, ut multi fuerint inter uos inuēti, qui tali cōditione considerata, uitam uestram, uitam rectè uocari non posse, sed potius continuum quendam ad mortē cursum, deq; eadem cogitationem esse perpetuam, dicere non dubitarint. V. Logi sunt & fabulæ quod ais. S. Fabulas equidem esse crederem, nisi præter illos inter uos quoq; alij fuissent, qui uitæ uestræ miseras ponderātes, homini melius esse nunquam nasci, & eos solos, quotquot in hęc lucem procreati, mox in fascijs ipsis uitam  
rursus



rursus exspirauissent, beatos appellari posse, confirmassent. Quamulti præterea fuerunt inter uos alij, qui statum uitæ uestræ considerantes, à tot & tantis eiusdem uitæ malis sui liberandorum causa, suis proprijs manibus sibi mortem consciuerunt? quæ res est adeò uehementer horrenda, ut à nostrum quoquam ne quidem ullis temporibus tantummodò sit cogitata. V. Vnum fortasse quendam tantopere pusillimum fuisse, ut aduersam fortunam uincere, sicq; malum quoddam, in quod ex improviso incidisset, ferre non potuerit, indeoq; sibi manus uolentas inferes sese exanimauerit, tibi facile cõcessero: sed pro homine generis illius uno quodã aliquot milliones, qui mori nequaquam uelint, inuenies. S. illud quidem uerum est: sed causam si scires, aliud inferres. V. Qualis igitur illa sit, ut mihi paucis explanare digneris, etiam atq; etiam te rogo. S. Ideo nimirum mori non cupiunt, quòd statum præsentem cum quodam alio multò peiore sibi commutandum esse uerentur, ad id quidem per metum illum, quem ipsis multi de regno Plutonis (in quo pœnæ ijs, qui inter uos unquam uel tantillum rationis ipsius metã transgressi, suum quandoq; desiderium nonnihil exsaturarint, preparatae sint omnium atrocissimæ) scribentes incussere, commoti: de quibus nugis nos medijsfidius, ne semel quidem cogitare solemus. Atq; si homines sibi certò certòq; persuadere possent, se uno eodẽq; tempore & uitæ & molestiarum suarum finem consecuturos, res profectò uisurus esses eiusmodi, per quas in ad-

mirationem rapereris : cum numerus eorum qui dolent, & cum quibus malè agitur, sit inter uos multò longèq; maior, quàm eorum qui gaudent, & quorū econtrà res bene habent. V. Egesime mi, quoniam uideo te tam uehementer obstinatum esse, ut nunquam planè rationis capacem te fore putem, ego tecum diutius disputare nō uolo: idq; eam cum primis ob causam, quòd ex eo quod dixisti postremum, omnem rationem reuera perdidisse te, perspicere potuerim. De ipsa enim religione dubitare cœpisti: id quod belluarum, qualis tu es, duntaxat est proprium. Et quāquam sanè, quidnām de te sentire uel possim, uel debeam, prorsus ambigam: amore tamen illo, quo te prosequor ideo quòd Græcus es, adductus efficiam, ut ( siquidem tute ipse non repugnaueris) homo rursus effectus, in patriā tuam mecum reuerti queas. Hanc enim potestatem mihi Circe concessit. S. Iudices de me Vlysses quodcunq; sanè uoueris: ego tibi, quod ad hoc attinet, nō astipulabor. V. Annōn ergo uides, quā misero in statu naturaliter uerferis, quamq; parui planè reputeris? Nec enim animal est tale, cui blandiantur homines. S. Id unum scilicet est illud, quod mihi quammaximè probatur: ideo quòd istæ blanditiæ, quibus homines animalia prosequi consueuerunt, ad proprium illorum soleant spectare commodum. Blandiuntur enim animalibus homines, ut in suis necessitatibus eorum seruitijs utendi nanciscantur occasionem. V. Maiorē præterea uitæ tuæ partem consumis infelicissimè, cum sine ullius uoluptatis perceptione

ceptione sub terra delitescas. S. Et uos profectò ne dimidiam certè quidem somni uestri partem soletis e-dormire: idquè multò magis inquietè quàm nos. V. Quenám deinde sunt, quibus perfruaris, oblectatio-nes? parum mehercule præter puluerem uel aliud im-purum quoddam comedis animalculum: aqua uerò ex-cepta, bibis omnino nihil. S. Quid tum postea? cum præterea nihil aliud omnino sit, quod ego uel edere, uel bibere quoq; malim. V. Rerum quoq; noticiam planè mancam, nec non imperfectam habes: id quod in-de nascitur, quòd imaginandi uis & phantasia inter i-psas in te res sint quamconfusissimæ. S. Ea uerò de-re quid est quæso Vlysses, quod certiorè te faciat? V. Ipsa uidelicet experientia: cum uos animalia præter ho-minem cætera per terram corporibus uestris ita ince-ndatis, ut siquidem parte uestri anteriore constanter an-terorsum progrediendo, posteriorem uerò post uos at-trahendo in uiam quandam transuersam ingrediami-ni, in alium locum, in quem non debebatis aberrare, ne-que per eandem uiam qua prius adueneratis, redire so-leatis. Illud enim unde nascitur, nisi inde, quòd & phā-tasiam planè perturbatam, & memoriam deinceps in-star ipsarum muscarum nullam prorsus habeatis? Inde nanq; profectò fit, ut unum locum ab alio discriminare nequaquam possitis, & à fortuna cæca uos duci permit-tatis. S. Atqui tum demum, si rursus in hominem cõmutarer, phantasiam habiturus essem profectò con-fusissimam: humoribus enim, nec non alijs quibusdã fri-

uolis speculationibus plena semper esset futura: cum in contrariam partem talis, qualis modò sum, bestia esse perseuerans, ab omnibus omnino curis liberrimus, tam bene contētus esse queam, ut eandem phantasiam perturbandi causam necessariam nunquam sim habiturus. Et sanè memoria me nulla prorsus esse præditum tum demum declararem, siquidem rursus id uitæ genus eligerem, quod molestijs & miserijs omnino plenum esse, adhuc meminisse meritò debeam. Que cum ita sint Ulysses, noli quæso diutius in proposito tuo persequendo te macerare. Id enim beneficiū quod tu mihi offers, ego nequaquam arbitror esse recipiendum: quòd eo recepto, me malis uel sexcentis expositū iri præuideam. Nunquā enim genio meo uel tantillum indulgere possem: cum mihi metuendum esset, ne ex unoquoque, eoque uel omnium minimo inordinatè uiuendi modo, dolores contraherem prorsus infinitos. Ideo deinde, quòd futurum esset, ut ab ipsa morte mihi periculum semper impenderet, perpetuis ægrotudinibus obnoxius effectus, de formis & infirmus essem euasurus. Tu itaque, quocunq; uolueris, abito: ego uerò pcellis meæ nonnihil scalpendæ causa ad istam iuniperum me conferam, ut eam deinde aliquando facilius mouere possim: unde uoluptatem adeò magnam fortasse sum percepturus, ut in tota uita, dum homo fui, parem minimè perceperim. Talis enim uoluptas omni timore, omniq; molestia est caritura: cum uestre deliciæ semper sint adeò tanta cum amaritudine coniunctæ, ut multi uestrum de eisdem

dē ipsis uerba facientes, uoluptates ne certè quidē milen-  
 lenas uel unicum ualere tormentum dicere non dubitā-  
 rint. V. Ut ut sit, cum bestijs mihi negocium esse per-  
 spicio. Quamuis enim Circe, quemadmodum ego sanè  
 reor, illis & mecum colloquendi, & mihi ad interroga-  
 ta respondendi potestatem concedat: cerebrum tamen  
 interim eam ipsis non restituere, patet: ideo quòd res  
 quasdam certas, easdemq; adeò leuiculas, ut precij nul-  
 lius omnino sint, saltem consecantur. Quod quantum-  
 uis ita sit, ego tamen à proposito meo tã præclaro non  
 dum desistens, & ad ipsam Circen reuertar, & ut mihi  
 quoq; cum cæteris, qui hîc adhuc adsunt, Græcis collo-  
 quendi faciat potestatem rogabo: eum scilicet in finem,  
 ut ijs, qui munus quod offerre cupio, libenter accepta-  
 turi sunt, bene faciam: ideo quòd, ut prouerbialiter di-  
 ci consuevit, alicui sine ulla difficultate malum  
 inferri, beneficium uerò conferri  
 nullo modo queat.

## D I A L O G V S T E R T I V S.

Vlysses, Circe, Lepus.

**N**ISI mihi de magno tuo erga me amore con-  
 staret, Circe nobilissima, equidem aliter face-  
 re non possem, quim, an tu me istius quod abs te rogauî,  
 compotem facere uelles, & an id, quòd me solum te ab-  
 sente cum istis (qui, quemadmodum scis, tam firmiter  
 omnino statuerūt, quòd rursus in homines euadere nō  
 uelint,

D 3

uelint,

uelint, ut illis contrariū nullus unquā persuadere posse uideatur) colloquoluisti, ideo feceris, ut ne mihi quod rogāsses, expressè denegare uidereris, & interim tamen nihilominus occasionem animum meum à proposito auertēdi præberes, necne, mecum dubitarem. C. Ne tale quippiam de me cum animo tuo cogitare uelis, etiam atq; etiam te rogo, mi Vlysses, ideo quòd istius modi quiddā nec amorì quo te prosequor, nec magnanimitati, nec deniq; nobilitati animi mei, rebus gloriosissimis quibusq; peragendis intenti, conueniat: cum tu non ignores ipse, quòd quisquis prauos eius generis affectus execrari non nōrit, iste quoq; res gloria dignas perpetrare non consuērit. V. Sed tu tamen mihi auctor extitisti, ut cum eo, qui primis illis duobus obstinatior adhuc esset, adeò quidem, ut quantumuis ego mihi planissimè persuaderem, me in illum tale donū esse collaturum, quo accepto sese beatiorem felicioremq; fuisse redditū confiteretur, dum efficerem uidelicet, ut rursus ope mea & in hominem transfiguraretur, & in patriam suam deduceretur, ipse tamen animi sui obstinatione tam præfracta prorsus excæcatus, respondere mihi non dubitārit, se, si uitæ belluinæ istius statum cum hoc hominis commutaret, conditionem suam redditurum longè deteriozem, sermones conferrem. C. Fieri fortasse posset, mi Vlysses, ut & tute ipse uitæ genus illud ipsum, quod degunt animalia, electurus esses, siquidem quale sit, prius experiendo perspexisses. V. Iste quādiu hominis uitam uixisset, se professione medicum

eum fuisse dicebat. Iam uerò cum medici nisi circa mala, dolores, sordes, humanos deniq; morbos, quemadmodum tibi cōstare puto, neq; circa aliud ullum præterea sint occupati, etiam præter eorundem tot malis affectorum hominum lamentationes & plangētus animo percipere nihil omnino solent. Quod cum ita sit, arbitror equidem, illum quoq; generis istius malorum recordantem (ideo quòd malorum potius quàm bonorum recordatio memoriæ diutius inbæreat) quo rursus in hominem è bellua conuerteretur, permittere non uoluisse.

C. Nullus est prorsus inter homines ordo, qualis qualis ille sit, tam fortunatus, quin molestiarū miseriarūque multò plurium, quàm eorundem hominum sua sorte contentorum tranquillitatis atq; felicitatis refertus esse deprehendatur. V. Illud si quidem, quemadmodum tu dicis, reuera quoq; sic esset, malè profectò fecisset sapiens ille noster, quòd inter alias res, quarū causa dijs ipsis quodam tempore gratias agebat, eam quoque, quia hominem eum fecissent, enūmerabat. C.

Sed is illud ideo faciebat, quòd maiorem hominum, argumentationibus, quoad eius quammaximè fieri posset, rationabilibus ad id commotorum, partem sic opinari non ignoraret: id quod facere sanè non debebat. Illis enim solis, qui uitæ utriusq; periculum fecerunt, & ipsamet experiētia siue cognitione sensitiua (quæ, cū rsm planè persentiat, certitudine sua reliquas omnes non duntaxat excellit exuperatq;, uerum etiam earundem & origo & fundamentum est) cognoscunt, utra

conditio melior sit, hac in re fides erit adhibenda. V. Illud sic esse confiteor. Adduci tamen non queo, ut animalium uitam cum nostra cōparari posse patem, cum illa animalium hac nostra, qui homines sumus, uita sit imperfectior. C. Id ego mehercule persuaderi nondū possum: quòd animalium nōrim non pauca, quæ & sensus uestris illis multò perfectiores habere, & (quod ad eorundē sensuū attinet effecta) uos modis omnino multis anteire uideantur. V. Quantumuis ea nos, si sensus quosdam particulares intuearis, antecellant, sicut, iterbi gratia, aquila sensu uidendi, canis odorandi, anser audiendi: nobis tamen in iudicio de rebus sensibilibus faciendo, longè sunt inferiora: ideo quòd sensum cōmunem non ita, quemadmodum nos, perfectè sint adepti: quòd probabili ratiocinādi, unumq; sensibile cum alio quodam comparandi uirtute sint destituta: quòd nostræ demū noticiæ sensitiuæ belluinis multò sint absolutiores. Sed effice, quæso mea Circe, ut cum alio consabulari possim, ideo quòd non arbitrer illos omnes uerum rationis ipsius usum sic perdidisse, ut illos tres alios, quibus cum antea sermonem contuli, perdidisse animaduerti. qui profectò per te non sine graui causa in tam imperfectas animalium species conuersi fuerunt: quòd quantumuis tu effecisses, ut mecum non aliter ac homines in illa bestiarum forma consabulari possent, mecum tamen colloquentes omnium imperfectissimè fuerint ratiocinati. C. Obtines per me quod petis, Vlysses. Itaq; cum lepore quercus istius umbrā captante sermo.



te sermocinaberis. Abito igitur, & illum compellato, quòd ei tecum colloquendi potestatem rursus impertita sim. V. Heus lepus, ne fuge quæso, sed exspecta me potius: atq; cum Circe mihi dixerit respondere te posse, responde quæso ad ea quæ te rogabo. Id enim si facias, fieri fortasse poterit, ut quod uel imprimis exoptare audeas, illud à dijs ipsis obtineas. L. Proh sancte Iupiter, quid hoc est rei, quòd ea quæ per humanã uocem mihi significantur, rursus intelligam? O meâ fors infausta, cur tu me tali miseræ rursus exposuisti? V. Tene igitur illud ipsum, quòd & hominis uocem percipias, et loquendi modum rursus intelligas, miseriam uocare? L. Miseriam uerò, nec non infelicitatem uocauerim longè maximam: nisi fortassis interea temporis, quod ego homo non amplius extiti, hominum natura conditiq; sit immutata. V. Sed quenâm quæso rei talis est causa? L. Illa uidelicet, quòd ego, quãdiu homo eram, abs hominibus nihil aliud agi perspicerem, nisi quòd alijs alijs de miseria sua conquererentur, & communem calamitatem inter sese quam amarissimè miserarentur. V. Non est dubium, quum ego Charybdim euitare conatus, in Scyllam prorsus incidirim. Iste dum homo fuerat, medicinam fecerat, cuius faciendæ occasione illi cum nullis omnino, nisi cum egrotantibus & malè contentis, negocium necessariò fuit: hic uerò, quantum ego quidem animo meo coniectare possum, cum nullis alijs, nisi cum desperatis, est conuersatus. L. Illud ipsum mihi sæpenuerò tanti àoloris causa

ris causa fuit, ut multò libentius in arbusto quodam, ubi nullum unquam uestigium hominis pede impressum uidissem, solus delitescere maluerim, quàm inter homines uitam traducere: & profectò, siquidem per humane uitæ conditionem fieri potuisset, ab illis me planè seiunxissem. Sed tute ipse non ignoras, hominem tot rebus indigere, ut uitam solitariã, nisi fortassis incommoditates plures quàm sexcentas sibi procreare uelit, agere nequaquam possit. V. Quasi uerò inter ipsa quoque animalia non offenderis nonnulla, quæ dolere, deque sorte sua conqueri consuêrint. L. Illud quidem uerũ esse fateri me oportet, quòd quotiescũq; illa, quæ sunt eiusdem mecum speciei, animalia, quippiam perpetuantur, ego illud ex eorũ uoce possim perspicere: ideo quòd eorum unicuiuis naturaliter ingeneratum inditumq; sit, ut, si uel læticia, uel tristitia afficiantur, eam uario uocis suæ sono manifestent. sed tales animalium uoces, ita, quemadmodum iam dixi, naturales, de suo dolore certiorẽ me faciunt in genere tantummodò: qui modus conquerendi toleratu facilior est longè plus, ac iste quem in rebus suis aduersis deplorandis homo solet obseruare: qui, præter id quòd per expressa suspiria cum melancholicis & mœstis quibusdam accentibus permixta uicẽ suam dolet, ijs quoq;, qui suas eum miseras, earundemq; causas efficientes commemorantẽ audiunt, dolorem multò maiorẽ, quàm ille metipse reuera perpetiatur, inquit. Præter ista deinde, quæ homo naturali quodam instinctu ducere consueuit, suspiria, ego, quatuor diu ho-

diu homo fui, homicidijs, proditionibus, latrocinijs, fur-  
 tis, & alijs id genus impictatibus, quibus alij alios inter-  
 se grauarent & molestarent, ad cò crudelibus, ut huma-  
 nitas illa, qua aliorum miseras dolerẽ, mihi se penume-  
 rò molestias multò maiores exhiberet, quàm ne quidẽ  
 pietas ipsa de memetipso, nunquam quicquam frequen-  
 tius recensitũ memini. V. Dic itaq; mihi, si tibi non di-  
 splicet, quodnam uitæ genus, quandiu homo fuisti, ex-  
 colueris. L. Nihil est quò cogites, me sic in uerbis  
 inconstantẽ fõre, Vlysses, ut quid tibi uelut ad propo-  
 situm conueniẽs respondere me deceat, ignoraturus sim  
 unquam. Quid igitur est quæso, quò commouere te  
 possit, ut, quòdam uitæ genus ante hoc præsens exco-  
 luerim, ex me scire uelis? V. Illud uidelicet est amor  
 iste, quo naturaliter eos, qui sunt eiusdem patriæ nobi-  
 scum, complecti solemus: qui sanè tantus erga meos po-  
 pulares in me fuit, ut à Circe impetrare me coegerit,  
 quò Græcis meis omnibus humana effigies restituere-  
 tur. Atq; cum ex eadẽ Circe perspexerim, te ex illorum  
 Græcorum numero esse unum, idem quoq; beneficium  
 in te conferre uolui, cum mihi quoq; Græco nomen sit  
 Vlyssi. L. Humanam effigiẽ tu certè quidem mihi  
 nunquã restitues, nisi fortasse per aliquam uim coacto.  
 V. Quamobrem, quæso mi lepus? annon enim multò  
 melius est, hominem potius, quàm animal esse brutum?  
 L. Non profectò, si quid ego intelligam. V. An igitur  
 omnino tecum decreuisti, quò uitam tuam in isto  
 belluino corpore totam consummare uelis? L. De-  
 creui

creui planè: & hoc ideo quidē, quòd, si bellua permaneam, animo rebus ijs, quæ speciei meæ conueniunt & conducunt, maximè contento uitam meam possim traducere: qui, quandiu homo fui, nunquam contentus esse potuerim. V. Quæri uerò non immeritò quidē possit, an illud ipsum culpa tua (qui tantopere fueris insatiabilis, ut ijs rebus, quæ probabiliter uitæ tuæ sustentandæ sufficientes esse uiderentur, contētus esse nolles) sic euenerit, nec'ne. L. Ego quidē hac de re non minus fortassis, atq; tu ipse, mi Vlysses, dubitarē, si ullum, qui sorte sua sic, ut oportet, perfectè contentus esset, in ullo, quatecunq; demum id ipsum esse posset, uitæ hominum genere, tametsi periculum fecissem quamplurimum, unquã reperire potuissem. Atq; dic mihi Vlysses, si potes, quidnãm habeat homo, propter quod contentus esse queat. Alius enim, fortuna sic disponente, in talē uitæ statum collocatus est, ut in ceteros obtineat imperium, eorundemq; curam gerat: alius econtrà in talē, ut ceterorū illorum imperata facere, eorumq; gubernationi se subijcere cogatur. V. In utroq; istorū uitæ generum quilibet, siquidē prudens est, unde animo contento uiuat, satis habere potest. L. Imò uerò in illorum neutro. Nam si quis princeps est & dominus, & sic alios gubernare tenetur, ille profectò, si suo satisfacere uoluerit officio, ne unius dūtata horæ spacio requiescere potuerit: ut iam de eo, quòd eidem necesse sit, ut toto uitæ suæ curriculo ab insidijs, à fascinationibus, ex inuidia ista, qua ipsum quisq; prosequitur, apparatus.

apparatis, sibi metuat, nihil omnino dicā. Deinde, num ignoras, quòd princeps aliquis in suo principatu quem gerit, optimi terq; in hoc uniuerso mundo maximi Dei locū ita teneat representatq; ut cum summa planè cum prudentia, rerum ad subditos suos pertinētium curam gerere deceat? cū inde uulgò dici consueuerit, quòd eius oculis somnum capientibus, omnes etiam reliquē illius potestati subiecti somnum capiant. Quod cum ita sit, quamnām, quæso te, putas tu illum è principatu suo capere uoluptatem? V. Maximam profectò: cū quòd subditos suos ciuilitè inter sese agere, tum quòd amore mutuo, & eo certè quidem non paruo, eos se se complecti solere uideat. Sed quales, quales, amabo te Vlysses, sunt istiusmodi subditi? nisi fortasse quidam reperiantur, qui nobis animāibus, quæ id saltem, ad quod natura nos dirigit, agimus, similes omnino sint. Annōn enim iccirco (quia homo, quod naturæ beneficio consecutus est, eo contentus, sicut ego puto, esse nequit) tot tumultus, tot insidias, tot alias malas actiones enasci uides, ut prouincia ne quidem ulla reperiri possit, quin in eadem ipsa tot excitatæ gliscant inimicitie, quò longè multoq; melius esse uideatur, inter omnium asperrimæ desertissimæq; cuiusdam solitudinis animalia crudelissima, necnon immanissima, ac inter ullius prouinciæ, tam bene quàm unquam fieri possit, administrari solitæ, homines commorari? V. Bona quæso uerba, mi lepuscule. Bonus enim princeps populum ditioni suæ subiectum legibus: perfacilè sic cohercuerit,

cuerit, ut eiusmodi societatis humanæ perturbationes, quarum tu mentionē facis, perparum sanè possint. L. Illud uerò quānam, quæso te, ratione princeps aliquis apud naturam tantopere peruersam, quantopere hominis natura peruersa est, obtinere posset? nisi pœnas omnino grauissimas, suppliciaq; facinorosorum perterrendorum gratia tam crudelia, ut, nisi uos nobis animalibus (quibus non satis est, quòd, quatenus eiusdem speciei sumus, alia alijs nocere ne quidē uelle cupimus: uerumetiam illa quæ diuersæ speciei sunt, nunquam nisi uel fame, uel zelotypia, uel metu, & contra eundē securitatem consequendi spe commota coactaq; offendere solemus) crudeliores fortasse sitis, non minus eū qui ea infligit, quàm illūmet ipsum qui luit & corpore suo perfert, exanimare possint. V. Profectò, quod ad principes ipsos attinet, negari non potest, quin illi ex principatum gerendo labores molestiasq; percipiant multò maiores grauioresq; quàm delicias & uoluptates: & quidē cum primis ij, qui de subditorum suorum salute tali modo, quo decet, solliciti sunt. Sed cū paucissimis euenire soleat esse principem, missam faciamus hanc questionem, deq; priuato quodam homine, cui de nemine, nisi de semetipso suaq; familia, cogitare necesse sit, uerba deinde faciamus age. L. Idem de priuato quoq; non aliud est iudicium: ita quidem, ut, siue diues ille sit, siue pauper inter diuites, cogitare mehercule non possis, inuenturum te, quòd is reuera sorte sua sit contentus. Diuitiarum nanq; natura talis est, ut tantum sui per;

sui perdendarum metum afferre soleant, ut possessores earundem ne per unicum certè quidè momentum animinum quietum habere possint. Nunc enim miluam, nunc alia quædam, quæ & tēpestates & ipse mundus secum ferant, infortunia timebunt: nunc de propria cōiuge, nunc de liberis etiam dubitabunt: nunc seruos metuent, nunc de suis operarijs malam quandam suspicionem concipient. Ad summam: aurum tot habet inimicos, ut iste, quisquis illud habet, perpetuò quidpiam suspicetur. Iam si priuatus ille econtrà pauper est, equidem quàm malè contentus sit, uerbis enunciare tametsi uellē, fortasse tamen non possem: ideo quòd nulla planè res alia sit in uniuerso mundo tam uehementer ad perferendum ponderosa durâq; quàm una illa paupertas. V. Illud in genere tibi concedere non possum: cum uidelicet intellexerim, quòd multi Græciæ nostræ sapientes eam miris omnino modis & laudârint, & amârint: adeò certè quidè, ut ex illismetipsis reperti fuerint nonnulli, qui, quòd liberius ad philosophandum posset intumbere, diuitias tantopere cōtempserint, ut eas abijcere non dubitarint. L. Maior istorum philosophorū pars, & fortassis illi omnes, id ambitione commoti fecerunt: dum sic efficere conarentur, ut à cæteris hominibus & magni, & tales omnino, quibus similium rarus occurreret in uniuerso hoc mundo numerus, esse reputarentur. In issdem deinde nonnulli fuerunt, qui unam duntaxat auri unciam abiecerūt, ut id facientes integram libram sibi uicissim compararent: ideo quòd imperitum

imperitum uulgas sic affectum sit, ut eam rem, quam-  
 cunq; contemni abijciq; uidet, promptè communicare  
 consuêrit. V. Tu tantopere peruicax es, ut id, quod  
 tu dicis, pro uero mordicùs tueri uelis: cùm tamen ego  
 tibi reuera confirmare possim, quòd meis proprijs his  
 oculis quàm multos conspexerim, qui in media pauper-  
 tate animo longè contētissimo, maximaq; requiete per-  
 fruente uictitarint: & inter eos quidem illud isti cum-  
 primis faciebant, qui sapientes erant. L. At ego tibi  
 certo certoq; confirmo, quòd illi omnia quaecunq; se-  
 cere, simulatè facientes ita se gesserint, ut homines pru-  
 dentes decet quammaximè: ideo quòd, si contrà fecis-  
 sent, & ipsi fortunæ, & mundo sese deridendos exposi-  
 turi fuissent. Aliàs enim tibi certo certius affirmare me  
 posse id quod amplius adhuc est, quàm quod dixi, pla-  
 nè scio: quòd nimirum, quanto maiorem rerum cogni-  
 tionem quis habet, tanto quoq; maiorem capiat existi-  
 ferenda paupertate dolorē. V. Sed qualèmnam, &  
 mabo te, rei talis asferre te posse putas rationem? L.  
 Ratio rei talis est hæc, quòd iniuriam sibi ab ipsa fortu-  
 na fuisse factã considerat, in eo uidelicet, qua sese ab il-  
 la in summa paupertate relicto, infinitam quandã stul-  
 torum multitudinē diuitijs in partē contrariam quam-  
 plurimis ditârît. V. Tu mihi nunc aliquod amici cu-  
 iusdã mei, diuitias sæpenumerò non aliter facere quàm  
 pituitam, partibus eis, quæ reliquis omnibus sint debi-  
 liores, illabentē, dicere soliti, prouerbiũ reuocas in me-  
 moriam. L. Idē deinde illis, quæ natura fecerat pro  
 cunctis



cunctis hominibus (nam nisi rerum, quibus opus habent omnes, satis multum procreauisset, equidem contra suam fecisse cōsuetudinem quis non uideat?) alios, eadem fortuna sic omnia disponente, abundare & undiq; affluere, se econtrā carere & indigere animaduertens, inuidia non sanè parua torquetur. Illud uerò totū inde nascitur, quòd is qui potentia ualidior est, ad se rapit omnia. id quod inter nos animalia accidere non potest, cum scilicet è nobis omnibus nullum reperiatur, quod earum rerū, quas natura nostra causa fecit, plus ac ullum ex ijsdem aliud possideat, possidere uel appetat, uel queat etiam. V. Tu igitur opinionē istorum, qui furari malum non esse dicunt, quantum mihi quidem uidetur, non difficulter approbares: quāquam uerum fit interim, quòd huius mundi possessio tam sepe furto sit abrepta, ut ueros sui possessores non habeat, sed illius unius tantummodò sit, quisquis eandē per uim auferre possit. L. Quid multis? id solum tibi sufficiat Vlysses, quòd paupertas est res adeò grauis et aspera, ut illius effugiendæ euitādæq; gratia homines eò usque sese demittant, ut alijs alij seruire non detrectent: id quod omni rationi tam uehementer est dissentaneū, ut in nobis animalibus planè nullū tam uile abiectūque reperiatur, quod ipsam mortem non multò citius uoluntariè prorsus esset appetiturū, quàm alij cuidam eiusdem secum speciei, rerum sibi ad sustentandam uitam necessariarum emedicandarum causa. seruiturum. Quinimò natura nobis uoluit tanto melius atq; uobis,

E

ut istius

ut istius generis infelicitas inter nos prorsus ignota sit: cum unumquodq; nostrum per eandem naturam tale sit effectum, ut de rebus, quibus ei opus est, ipsummet sibi providere queat. V. Omnino necesse est, causas quæ homines ita commoueat, ut alij alijs seruire nõ dubitent, longè aliam esse quàm paupertatem: et hoc ideo quidè, quòd multos quotidie uideamus, qui tametsi diuitijs undecunq; diffuant, alijs tamen interim seruire non desinant. L. Quin ijdem isti, siquidem res bene consideretur, cæteris omnibus multò pauperiores estimandi sunt: ideo quòd animi nobilitatis uel consilij potius, per id quòd iniustum suum siue famam, siue gradum quempiam sibi comparandi, siue suam immoderatè immoderatam cupiditatem satiandi causa, tam parum refrenare gubernareq; ualeant appetitum, quin alijs in seruitutè sese dedant, inopes esse deprehendantur. V. Verumenimuerò si quis tale uitæ genus elegisset, ut rationi consentaneum uideretur, eum in illo contentum esse posse, quid tum diceres? L. Vbi queso terrarum tale uitæ genus inuenies? ad me sanè quod attinet, equidem memini, quòd nullum unquam inuenerim, qui non diceret, sibi uel aliquid deesse, uel aliàs parum sese proficere: quanquam posteriorum istorum essent multò paucissimi: qui istius tum, cum iam iam mortis se proximos esse sentirent, recordati, maximè dolerent, ideo quòd diuitiarum (quas tamè deinde causam, propter quam citius morerentur, extitisse deprehendissent) comparandarum gratia, plurimas in iuuentute sua

te sua molestias exantlauissent. V. Ista quidem omnia nihil sunt aliud quàm errores, qui nascuntur ex eo quòd homo desiderium suum moderari, & intra terminos rationis ipsius cohibere nesciat: ex ipsa uerò desiderij natura, minimè. L. Mihi prorsus unum & idem uidetur: cum naturæ uis factum sit, ut homo res eas, quæ ipsi postea damnosæ molestæq; esse queant, expetere non ignoret. id quod eadem natura nobis, quæ amore maiore quàm uos prosequeretur, euenire non uoluit. Ego sanè iam nunc recordor, quòd (dum ea ætate, qua quisq; primùm res aliquo modo nosse perspicereq; incipit, sub quodam præceptore, uiro ex Aetholia & nobilissimo, et diuitijs affluētissimo, mihi mei patris auctoritate præfecto, resq; mathematicas nonnullas secundū Græcorū consuetudinē me docēte, uiuēns, hominem nihil omnino scire, nisi quod doceretur (id quod ea ætate nobis nō tantū propter difficultatem, magistriq; cui subesse cogimur, custodia, quātum propter iuuenile desiderij, quod ea tēpestate cū primis apparet, durissimè uideri solet) expēderem) minimè cōtentus esse possem, & id quidem quantumuis rei nullius indigerem. V. Talis ætas cum sit imperfectissima, flocci profectò fuerit estimanda. L. Patre deinde meo uita sua defuncto, lis mihi cum fratribus meis de hereditate exorbatur: cum quibus quamdiu iure contēderem, equidem continuo sperabam me sopita illa omni controuersia, tantum bonorum consecuturum, ut maximè contētus, summa requiete perfruerer. Sed ipsum contrarium mi-

hi prorsus eueniebat. Nam simulatq; partē meam, quæ partim possessionibus, partim pecunia spectabatur, consecutus essem, curæ in dies singulos augebantur. Cumq; per alios gubernari solitus fuissē, res mihi uidebatur molestiæ multò grauiſsimæ, quòd me mecū occupatum esse oporteret. Et quāuis alij mearū rerum administrationem libenter committere uoluissē, tamen id facere non audebā ea de causa, quòd ut fidelis esset, ualde metuerem. Quare, cum facultatum mearum conseruandarum gratia mihi & cum rusticis, & cum mercatoribus negociari necesse esset, animaduertebam unumquemq; illorum suas cogitationes eò semper intendere, ut res meas suas efficeret: cum fundum suum colono cuidam committere, sit idem quod societatem cum fure contrahere: res autem suas alias alicui mercatori porrigere, sit idem reuera quod tali cuiquam cōcredere, qui sit eas interuersurus. Nihilominus tamē obseruabam, quòd eorum nulli de statu suo contenti essent, aliudq; nihil coggerent, nisi quòd uicem suam perpetuò dolerent: sic, ut isti cum de suis agris, qui per malam cœlorū dispositionem essent infrugiferi, tum de eo, quia parum ab alijs æstimarentur: hi uerò alteri de tempestatibus aduersis, de mala fortuna, de periculis quibus in mari obijcerentur, de principibus propter quorum discordias mercaturam liberè exercere ipsis non permetteretur, conquererentur. V. Aliter certè quidem fieri non potest, quin habeat aliquid unusquisq; quod ipsum malè habeat: adeò sanè, ut ne quidem uos animalia sic ab eo  
 sitis

fitis exempta, qui semper aliquid sit, quod molestiam vobis exhibeat. L. Illud mehercule verum est: sed loco molestie que nos affligat unius, uos profecto plures quam sexcentæ solent excruciare. Sed historiã, quã de me paulò superius texere inceperam, si placet, audire pergito. Itaq; mihi cum propter alia negocia, quibus hominis uita communiter implicari solet, tum propter id, quòd rerum mearũ ita satagere percuperem, ut ne mihi meum prorsus auferretur (cum omnes omnino homines sint fures, modus autem furandi peruarius) opus erat, ut cum quodam infinito & artificum & aduocatorum & procuratorũ deniq; numero commercium nolens uolens haberem. Iam si tu putas Vlyses, quòd inter illos omnes unquam quenquam, qui suo contentus esset, repererim, falleris profecto. Artifices enim isti suos oculos in diuites ac opulentos conijcientes, animo ferebant ægerrimo, quòd istorum negocijs occupati, ex ijsdem ipsis panem suum lucrari cogentur. De cæteris idem sanè iudicandum: quòd ijdem quoque uicem suam perpetuò deplorarent de eo, quia cum alijs litigando digladiandoq; res humanæ uitæ necessarias sibi comparare tenerentur. V. Iustam sanè dolendi causam nanciscitur, cuicumq; cum alijs hominibus solet esse negocium: ideo quòd ipsismet parum sanè molestus, sibimetipsi præter eam, quam reliquis hominibus intentat, litem conciliet. L. Quicumq; uexat alium, non requiescit ipse. Præter id tu nondum consideras, in quãta procuratores isti sint auctoritate: qui-

imò quãtis odijs expositi sint, quãprimùm opera illorũ nullus deinceps eget. V. Id quidẽ uerè dicis. Redit enim mihi nunc in mentem, quòd, cum diu multumq; in quodam Græciæ nostræ studiorũ gymnasio disputando quæsitum fuisset, utrum legumperiti medicis, an hi potius istis gradu præcedere deberent, post multam controuersiam multum agitatam tandem aliquando conclusum fuisse, leguleios medicis antecire oportere: idq; eo probabatur exemplo, quòd illo tempore, quo magistratus facinorosis irrogat supplicia, fur præcedat, carnifex autem pone sequatur. L. Itaq; cū probè perspexissem, quòd omnes omnino istorum uitæ generum homines, essent adcò malè sorte sua contenti, & istius incommodi uitandi gratia, nullum prorsus ex omnibus istis uitæ generibus sectari me uelle proposuissem, equidem mecum cogitabam, quòd, si in ullo hominum statu uera quies & satietas inueniretur, eum procul omni dubio statum sacerdotum esse oporteret: quia sacerdotes mundum contempsisset, eundemq; sibi planè crucifixissent, & in suis quisq; collegio nihil aliud agerent, præterquam quòd ab eorum uno quodam recti, omniaq; inter sese pro communibus habentes, ipsis tantummodò dijs inseruirent. Quare cum mihi talibus rationibus illecto, istud uitæ genus præ ceteris omnibus eligendum esse penitus in animo uelut infixum sederet: de mundo relinquendo, deq; uerè cum ipsis uiuendo à deliberabam. qua deliberatio-  
ne nihil opus fuisse, res ipsa statim loquebatur. Nam  
simulatq;

simulatq; propius ad illos accessissem, & odorem infelicis discordiæ gliscentis inter eos sensissem: intellexissem deinde, quomodo illorum unusquisq; qualitercūq; posset, quantumuis iniuste, in id incumberet, ut primas inter eos obtineret: quomodo alius alios offenderet, imò uerò traderet: molestiam præterea, qua obedientiam, qualem promississent, præstando, & in monasterio perpetuum sese cōtinentes, id pietatis propositum, quod ipsis, unde uiuant, abundanter impertitur, continuando grauarentur: tædium similiter, quod ipsis ex eo, quia monasterium sine ulla intermissione clausum esset, afferretur: postremò laborem ipsium, quem eos (ut sese dijs multò quàm cæteros in mundo permanentes, & secundum leges illas, quas ipsis & deum & natura deinceps ingenerauit, uitam traducentes, chariores esse, simplicibus hominibus persuadere summopere nitentur) sustinere oporteret, diligenter considerassem: equidem cogitationes meas omnes ab illis tam longè remouebam, ut eorundem mihi in mētem ne quidē uenire unquam in posterum soleret. Apud nobiles deinde uitam meam me peracturum cōstituto, ordinibus me dabam, posteaq; tempus omne uenando, aucupando, similibusq; placitis transigebam. V. Equidem tibi reuera possum affirmare, te, si tali cuidam uitæ generi animā applicueris, in eodemq; te quietem adepturum credideris, tota uia aberrasse. Eandem uerò multò minus sectandis armis cōsequi te potuisse, reuera asseuerare possum: quòd ego in:traq; ista humanæ uitæ

genera expertus, in neutro illorum utrorumq; unquam quenuquam, qui contentus esset, reperire potuerim. L. Verum narra. Et hinc est, quod in militia me pace minime perfruiturum presentiens, illius equidem periculum facere nunquam uoluerim. Præter hoc quoque ipsum militare stultum iudicabam, si quis nec pro communi omnium patria, nec honore proprio, nec alia quadam causa, duabus illis modo commemoratis non assimili, pugnando propriam uitam precio, quantumcumque illud esse posset, licere non dubitaret. Nam cum non nisi semel, in hunc mundum nos nasci, non ignorarem: arbitrabar equidem, nullum prorsus auri aceruum, qui unquam in rerum natura uel fuisset, uel olim futurus esset, hominis uitam ualere posse. Præterea, cum facillime perspicerem, ad uitam nobilium more degendam, seruatorum ( qui omnes inimici nostri natura sunt, et singulis omnino diebus aliquid committunt, unde nobis molestia multo plures quam sexcentæ procreentur ) multitudine opus, et ita factum difficilimum fore, ut isto uitæ genere contentus essem, ab istiusmodi quoque cogitationibus animo prorsus abhorrens desistebam. Postremo uero, cum mihi planè persuaderem, animum meum contentum fore quodammodo, siquidem principi cuidam seruitum me conferrem, omnino mecum constituebam, apud ipsum officis quodam non mechanico, sed isti, qua præditus eram, qualicumque literarum cognitioni conueniente perfungi. Sed eius quod fore cogitabam, contrarium sic quoque contingebat: ideo



ideo quòd præter istas molestias, quas iste, qui principi cuidam inseruit, sufferre cogitur ( utpote, quòd neq; dormire, neq; temporibus illis, quibus meritò debebat ( cum hæc duo sola sint eæ res, quæ uitæ nostræ conseruent incolumitatem ) manducare illi concessum sit) ipsa inuidia, quæ regnat uigetq; in aulis, & ingratitude, de qua principes ab istis, à quibus ipsis seruitia præstantur, perpetuò accusari solent, ideo quòd arbitrentur minimè sibi legitimè satisfactum, nisi totum ab illis regnum fuerint adepti, nunquam mihi permittebant, ut animum meum ad pacatè quieteq; uiuendum uel unicam duntaxat horam conuertendi mihi potestas esset. Itaq; cū de superioribus hominū ordinibus omnino desperauissem, animū ad nauigandū applicabā. quo factò, ubi nō credebā, ibi quietem meā nanciscabar: ideo quòd fortunæ singulari fauore in hanc insulam transportatus, à Circe ( quemadmodum uides ) in leporem sim transformatus: id quod mihi non aliter euenit, atq; si quisquā somno longè placidissimo captus obdormiscat. Atq; tamesi post illud tempus tanta præditus intelligentia non fuerim, quanta, quandiu homo essem, ualebam: tamen id accidisse mihi nunquam sanè displicuit. Nec enim tanto interea timori subiectus unquam fui, quanto per totum illud tempus, quo homo inter homines uixi, subiectus fui. V. Quasi uerò nos, quàm egregium sis animal, quamq; parum timere soleas, ignoremus. L. Ab istis equidem animalibus, quæ sunt eiusdem mecum speciei, nihil omnino mali

E s. ( cum

(cum uos interim homines à uestri similibus uobis perpetuò timere cogamini) metuo . id quod mihi satis est. Nam quod attinet ad res alias , de illis ego perparum sanè cogito, sciens, quòd ipsis nò magis resistere queam, quàm uos homines iræ decorum. V. Equidem fatendum est, quòd in cunctis istis hominum ordinibus ista mala, fortassis etiam multò quàm recensuisti plura insint: sed oblectationes eas, quæ in ipsidem ordinibus contrà sunt, ne uerbo quidem attingis. L. Quæ nam sunt ergo istæ uoluptates uel oblectationes, quas ex illo uitæ genere, quale quale demum sit, homines percipiant? nullæ profectò sunt, quin ad extremum illis ipsis hominibus dolorem multò maiorem quàm delectationem soleant afferre. An enim non scis illud ipsum, quòd poeta noster ille Græcus antiquissimus uoluptatem eam, quæ in mundo uoluptas esse pitatur, non ueram uoluptatem, sed ipsummet dolorem, uoluptatis ipsius uestimentis indutū, esse dixerit? V. Illud uerò quànàm queso demonstraui ratione? L. Pandora suum uas in terram effundēte, ex eo cum mala alia omnia, omnesq; generis humani miseras, tum ipsam quoq; uoluptatem simul exiuisse, mundumq; totum peruagando, ad oblectationes adeò urgender omnes homines allicere cœpisse, ut illis eam numero máximo sequentibus, nullus esset in posterum, qui ad cœlum sese proficisci uelle cogitaret: quare Iouem commotum, eam è terris iterum subducere, & in cœlum ad sese recipere statuisse, adeoq; nouem Musas ad eam misisse.

misisse, quæ eam tali ratione secum in coelum reduce-  
 rent, ut uestem suam prius in terris (ideo quòd in cœ-  
 lum nulli planè rei, nisi puræ, & omnibus corruptibili-  
 bus ornamentis spoliatæ, liceret intrare) exutam  
 relinqueret: idq; factum fuisse: dolorem uerò per uni-  
 uersum, mundum, ideo quòd ab unoquoq; profligatus  
 fuisset, aberrantem, istam uestem reperisse, & siquidẽ  
 eam indueret, futurum esse, ut ne deinceps solito mo-  
 re sugaretur, quia scilicet abs hominibus ita nõ ampli-  
 us cognosceretur, arbitratum induisse, eumq; post illud  
 tempus per totum mundum pererrasse, pannisq; uolup-  
 ptatis obsitum, hominibus imposuisse, dicebat. V.  
 Quid autem per illud ipsum significare cupiebat? L.  
 Illud nimirum, quòd omnes istæ res, quas homines sibi  
 uoluptuosas esse futuras opinarentur, ijsdem dolorum  
 potius efficientes cause esse solerent: cum deliciae mun-  
 dane, ueræ deliciae non essent, sed dolores pannis per-  
 exiguae cuiusdam uoluptatis & delectationis obsiti:  
 quam uoluptatem homines ab ea decepti diligenter  
 inuestigarent, quum tamen ad extremum plus dolorũ  
 quàm uoluptatum sese inuenisse, reuera deprehende-  
 rent. id quod ego quoq; non minus ac ille ipse poeta,  
 iudico esse uerissimum. Atq; ut illud apertius intelli-  
 gas, de una quapiam generis illius uoluptatum tatum-  
 modò mentionem apud te faciam: quæ scilicet est ars  
 lusoria. Ea nanq; cum reuera nihil aliud omnino sit,  
 nisi dolor ipsissimus: nihilominus tamen omnibus ho-  
 minum ordinibus ad cò communis & peculiaris est, ut

eam summis in delicijs habere ponereq; non uereantur. V. Cùm uulgò dici consueuerit, ipsum ludere malum non esse, sed perdere: tu fortassis hoc, & non illud improbare uis. L. Ego uerò dico, unum nō minus omni reprehensione dignum esse, quàm alterum: ideo quòd omnia ista, quaecunq; animi nostri quietē perturbare solent, per seipsa mala sint: quantumuis ipsum perdere altero peius existimari posse, interim non negem. Ipsum uincere quantumlibet in sese bonitatis aliquid continere uideatur, ideo quòd sua natura utile quidem sit: hominum tamen animos modis adeò uiris immutat, ut eosdē sepe numero ad res multas reprehensione dignissimas committendum instiget. Atq; tametsi quempiam aliqua nonnunquam uoluptate uideatur afficere: illa tamen ipsa uoluptas reuera bona non est, quippe quæ ab ipso honesto non proficiscatur. Idem uincere multorum similiter inutilium uanorumq; sumptuum faciendorum causa est: unde nascitur deinceps, ut is quicumq; lusoria delectatur, ad extremam tandem aliquando paupertatem & inopiam redigatur. Semper enim fieri solet, ut quantumuis aliquis tot nummos, quot elapso quodam tempore perdidit, iterum lucretur: summam tamē, ut uocant, capitalem eo modo rursus nō sit acquisiturus. Hinc itaq; fit, ut omnes isti, quotquot lusoriam sectantur & amplectantur, malè mihi facere uideantur. V. Eam nec ego certè quidem probârim: cùm nouerim complures, qui, cum nihil aliud apprimè studuerint, nisi

ut ad

ut ad illam incumberent, nunc, unde uiuant, habeant possideantq; omnino nihil. L. Sic est: nam quicquid habuerunt, illud in lusus uniuersum contulerunt. Lusus enim facit idem planè quod hedera: quæ quemadmodum sese muro cuidam bono quamproximè fieri potest applicans, prius ab eo non desistit, quàm ad ruinas impulerit, & eundem tamen paulo post ruiturum sustinere non desinit: ita quoq; lusus ipse eum, ad quem facultates aliquas habentem sese quamproximè applicuerit, prius certè quidem missum non facit, quin ad ruina[m] uelut impellat, & postea tamen eundè opẽ præterea nihil omnino possidẽtem sustentet: ideo quòd is, quicumq; per lusum pecunia sua sic emunctus est, ut nihil habeat, alijs lusoribus sese per plurimas adulationes commendando, ratione quacunque potest etiam uilissimã, ea quæ degendæ uitæ sunt opus, emendicet. Crede mihi, mi Vlysses, lusoriam omnium infelicitatũ esse maximam: adeò quidem, ut ea una hominem reddiderit contemptibilem. Abest enim perparum, quin pestis illa tantopere detestabilis per totum mundum grassata sit: adeò mehercle, ut maior hominum pars, alijs laudabilibus & honorabilibus studijs ualedicto, nihil serè aliud agat, nisi ut ludo uacet. Quinto reperiuntur nonnulli, qui quamuis ipsi lusus quasi profundo se tantopere immergant, ut in eodem hærentes, rationis lumine prorsus extincto, & suimet ipsorum, & honoris, & salutis propriæ, & bonorum suorum, & uxoris, & liberũ, & amicorum prorsus obliuiscantur,

tur, resq; ad uitæ sustentationem necessarias & requisitas in lulum consumentes, in paupertatem adeò mirè ignominiosam sese coniiciant, ut hominum, & in primis eorum cum quibus eo tempore, quo adhuc fortuna meliore perfruerentur, aliqua ipsis noticia intercederet, conspectum multò fortasse magis atq; nos lepores canum ipsorum uitare fugereq; solemus, & uitent & fugiant: quotidie tamen in id, quo nummos aliquot in lulum conferendos adipiscuntur, incubant, rerumq; domi necessariorum copia potius carere, quam à lulu sese abstinere, malint. Hæ scilicet istæ sunt, mi Ulysses, deliciae, quibus homines perfruuntur: quæ nisi dolores potius quam deliciae tibi uideantur esse nominandæ, equidem mirabor. V. Atqui nec omnes eorundem hominum deliciae reliquæ sic sunt, ut cum lulu comparari debeant, mi lepus, nec homo plus ad lulum quam aliud etiam quiduis animi delectandi gratia consecrandum tenetur. Idem deinceps homo rebus istis omnibus, quæ ipsi molestiam quandam afferre queant, pro singulari sua prudentia qua præditus est, potest mederi. L. Mederi quidem potest: sed quoniam totus mundus est omnino deprauatus & corruptus, minimè nisi magna cum difficultate potest: adeò sanè, ut mihi nondum persuadere queas, ut hanc meam naturam cū illa uestra commutem. Nec enim tali uitæ genere, quod iam nunc à curis omnibus immunis profiteor, derelicto, aliud quoddam (quale si ingressus sim, necessariò uidere cogar id ipsum, quod natura cunctis hominibus

minibus commune fecit, mihi per alium quendam, qui  
 me uiribus antecellat, eripi: indidemq; nolim uelim  
 seruus eius existam, proq; seruitij mei precio ab eius-  
 modi perparcè saltem accipiam id, quod natura pro  
 me liberaliter ordinauit: omnesq; delectationes, quas-  
 cunq; queam percipere, tandè aliquãdo mihi dolorũ  
 causas efficientes esse experiar) ullo tẽpore rursus am-  
 plecti uolam. V. Ego autem contrà uelim, mi le-  
 pus, ne hæc tam obstinatè loquaris. An' non enim ui-  
 des, quòd tu animal sis & omnino uile, & cognitionis  
 omnis adeò ignarum, ut tute ipse ne quidem scire que-  
 as, masculusne sis, an fœmina? L. Esto uos homines  
 illud ignorare: quanquam adeò sitis arrogantes, ut res  
 omnes intelligere uideri quammaximè cupiatis: nos  
 scimus illud omnium optimè. V. Vniuscuiusq; rei  
 gratia timere soles, & in fuga tantummodò fiduciam  
 tuam omnem habes collocatam, & nihilominus inte-  
 rim magna animalium caterorum stipatus es caterua.  
 L. Quid tum postea? cum ea que sunt eiusdem me-  
 cum speciei, sint eiusdem quoq; non minus ac ego na-  
 turæ. V. Vita quoq; tam fragilis est tibi concessa,  
 ut ea per quiduis & illud uel minimum quidem pri-  
 ueris. L. Oro & obsecro te, ut ne mihi quicquam  
 præterea loquaris, Vlysses. alioquin enim proculdu-  
 bio sis effecturus, ut mihi uidear esse omnium miser-  
 rimus, cum contrà me tot rerum, quot tu mentionem  
 facis, inexpertum, felicissimum esse putem. Si uerò de-  
 creuisti cuiquam beneficium illud, de quo tantopere  
 glo-

gloriaris, præstare, abi quaeso, & quære alium: quòd ego illud acceptare me nolle, prorsus apud me decreverim: proposuerimq; naturæ meæ curarum quarumlibet expertis instinctum sequèdo, me herbula illa perquam pulcra & uiridi, super isto colle, sicuti uides, exorta, saturare. V. Tu mihi planè uideris, mi lepus; illud idem factitare, quòd alius quidam, qui per suos quosdam creditores in carcerem coniectus, ab iisdem maximoperè contendebat, ne se rursus exinde liberarent: ideo quòd extra carcerem curis multò pluribus atq; sexcentis, cum sua ipsius, tum aliorum causa susceptis, adobruui solitus, in eodem rebus omnibus ad uitam sibi necessarijs ex aliorum prouisione diffluens, de mundanis negocijs ne quidem semel cogitaret, adeò ut ipsi talis incarceration magna laudi esse uideretur. Illud uerò totum nascebatur ex ipsius ignauia. qui si homo reuera fuisset, extra carcerem profectò pauper esse maluisset, quàm diues intus: prudentiæ suæ beneficio illis mundi curis animo uirili medicinã adhibiturus. Sed qualis ille fuit, talem quoq; te, quantum ego quidem è uerbis tuis potui colligere, fuisse mihi uidetur: hominè uidelicet ipsis perturbationibus, eisdemq; etiam minimis quammaximè obnoxium: quòd adhuc illis miseris, quibus & mundus & ipsa fortuna te fortassis afficiant, tam parum uiriliter obuiam ire ausis, ut libentius istam uilem bestię naturam retinere, quàm rursus in hominem transformari malis. Quod equidem cum perspiciam, missum sanè te faciam. Quantumuis enim  
aliter



aliter faciendo, utilitatem tuam quæsiturus essem uel maximè: gratiam tamen non modò nullam, sed odium potius abs te reportaturus: uerum etiam tale quiddam commissurus essem, quod nostræ speciei potius ignominia dedecoriq; quàm honori foret: id quod eidem omnium etiam aliorum hominum tui similibum causa accidere solere, nouum certè quidem nõ est. L. Ad illam tuam dissertationem perfacilè quoq; tibi responderem, mi Vlysses: uerùm cum nos animalia, quemadmodum nobis natura nostra non permittente, plus quàm necesse sit, edere nequimus: ita non minus impellamur, ut quotiescunq; nobis et opus sit, et cibum conuenientè coràm natãa simus, edamus: egoq; fame pressus herbulam illam super isto pulcro colle, qui aspectui nostro subiectus est, contemplatus sim, equidem nolens uolens te hic relicturus, eòdem pascendi mei gratia me recipiam.

## D I A L O G V S Q V A R T V S.

Vlysses, Circe, Caper.

**E**quidem hominum inter homines esse differentiam maximè credebam, Circe honoratissima: ideo quòd id ipsum Græciæ nostræ sapientes tam crebris sermonibus usurparent, ut prouerbij loco haberetur. Eandem uerò differentiam esse tantam, quantum esse ex eo tempore, quo cum lepore, uel, ut dicam melius, hominẽ abs te in leporem transfigurato sum

F collo-

collocutus, intellexi, certè nō arbitrabar. C. Quid ita quaeso? an ille tibi, ut homo rursus effici uellet admonenti, fuit assensus? V. Ille uerò multò mehercule minus atq; cæteri, qui humanā naturam odio multò maiore quàm isti prosequeretur. C. Vidēsne igitur Vlysses, quantopere desipias, qui apud me modis adeò miris te excrucies propter id, quòd illos in bestias ita commutārim? V. Quamuis equidem doleam, me adhuc eadem, qua ab initio eram, ipsis benefaciendi esse sententia, sum tamen interim: & hoc ea certè quidem de causa, quòd omnino perspiciam, illos propter timiditatem & animi angustiam ueri persuasionem non admittere: id quod in illo profectò, qui in leporem conuersus est, uel in primis euidenter apparet. An non enim uides, quòd is animi naturaliter sit adeò parui, ut aduersitatem quamlibet, eamq; quidem omniū minimam, tam uehementer extimescat, ut seruituti omniū uilissimæ, si modò illam sine sollicitudinibus seruire sibi liceat, sese potius addicturus sit, quàm aliud quoddā uitæ genus, quale quale sit, cū honoris adeptione electurus: idq; ideo saltē, ut illam, quā id ipsum uitæ genus asferre possit, fugiat difficultatem. C. At uerò quis est Vlysses, qui ea de re certio rem te facit? V. Ille met ipse: quòd quantumlibet talis bestia, qualis est, manere potius, quàm propter multas perturbationes, quibus homines obnoxios esse putat, homo rursus effici uelit: nihilominus tamen confiteatur, si bestia esse perseueret in posterum tempus, adeò sese naturæ ser-

HUM

uum esse futurum, ut per eandem uolentia quadam ductus, actionum suarum dominus esse non possit. Hinc erat illud, quòd interea temporis, quo sermones inter nos cõferremus, tanta mandēdi cupiditas in eum incesserit, ut herbula quadam, nescio qua, naturæ tamen cõueniente conspecta, nolens uolens, ideo quòd more suo mihi nondum ad proposita nonnulla respõdisset, à me discesserit: naturæq; uis sese stimulatam aliter omnino facere non posse quin abiret, illaq; herbula sedandæ famis ergo uesceretur, affirmãrit: adeò certè quidem, ut uideas, quàm pusillanimis homo ille fuerit, qui potius in tali uitæ genere, quod seruitij dissimile non esset, uiuere maluerit, quàm homo rursus constitutus, affectionum suarum dominus existeret: ideo quòd ei aliquantulum cum illis affectionibus conflictandum uideretur, qui tantummodò fortassis audiisset, Græcorum nostrorum quosdam fuisse quondam, qui seruitutis aut necessitatis cuiusdam uitandæ gratia, ipsam uitam, ut à mundi fortunæq; conflictu præseruarentur, profunderè non dubitassent. C. Id quod tu uocas in eo siue seruitutem, siue necessitatem, neq; seruitus, neq; necessitas reuera ulla est. V. Ob quam quæso causam? C. Ob eam, quòd suæ naturæ idipsum requirentis instinctu sic agat, quod ut sic esse cognoscas Ulysses, quæro ex te, an lapis qui imum petit, imum quadam uis compulsus aut nulla petat? V. Vlla uis compulsus petere equidem non puto. C. Sequitur igitur, cum aliter facere non posse, quin imum petat.

V. Veram quidē est, quōd illud ipsius natura sic requirat: & motus iste, qui faciens, ut lapis ipsum terræ centrū uersus contēdat, ex intrinseca ui quadā, quæ in ipso inest, natura nominata, existat, eidēq; ipsi naturalis, nō uiolentus uideatur esse cēsendus: ideo quōd motus uiolenti sint isti, qui ex potētia existunt extrinseca: adeō ut tametsi lapis aliter omnino facere non possit, atq; facit, coactus tamē fuisse dici nō queat. C. Ipse omnino uolētia suæ grauitatis deorsum & impellitur & mouetur. V. Eum uolentia moueri, dicendum profectō non est, sed natura: cum graue esse ipsi tantopere naturale sit, ut nisi grauis esset, lapis etiam non esset. C. Idem animalium appetitui per naturam gubernato accidere, statuendum est. Nam cum natura semper illud ipsum, quod non duntaxat animantibus, sed & rebus alijs omnibus est optimū, ad earundemq; conseruationem & perfectionem pertinet, efficiat: appetitus qui in illis est, ui coactus aliquid agere dici nō potest. V. Sed an' non melius illis esset, si à natura nō sic, quemadmodū duci uidemus, ducerētur, & liberius operari possent? C. Non: propter id, quōd nulla rerum cognitione, nullaq; ratione prædita, sæpenu-mero ab eo quod appetere deberent, essent aberratura: cum contrā sic beneficio nature ductis uel omnino nunquam, uel certè perrarō id ipsum soleat usuenire. V. Sed qualem quæso habes istius rei certitudinem? C. Experientiam: cum singulis diebus inter omnes ipsorum animalium species certo quodam

dam modo conuersans, ne unum certè quidem ex omnibus in hac insulula mea degētibus uel plus quàm necesse sit, illū tūc quod sibi minus utile futurum uideatur, edere, uel aliud inordinarium quicquam committere solere perspiciam. Vnde sanè fit etiam, ut illa omnia toto eo tempore, quod ipsis ad uiuendum natura præordinauit, licet illud ipsum non ita longum sit ac illud, quod homini eadem concessit, sano fortiq; sint corpore: id quod de uobis eodem modo dici non potest. V. Si nihil omnino quòd inordinatū sit, committere consueuerunt, quid igitur est, quòd illorum uita breuior sit atq; nostra? C. Eius nimirum rei causa est cum ipsorum constitutio, quæ in ipsis nature dispositione dispensationeue non est ita bene temperata, quàm in uobis est: tum deinceps illud humidum, quo calor iste naturalis uitæ conseruandæ causa innatus depascitur: quod humidum ipsis animalibus plus aqueū, sed minus aeriū quàm uobis à natura fuit ingeneratū. Inde enim contingit, ut illud tanto facilius corrumpatur. Loquor autem de maiore animalium parte: ideo quòd in illis inueniantur nonnulla, quæ multò diutius ac homo uiuāt: id quod cum in ceruo, tū elephāto uerū esse conspicitur. V. An igitur et tute ipsa es eius opinionis, ut bestiam potius ac hominem esse præstare putes? C. Id ut ego non usquequaq; determinare uelim: ita quoq; nolim, ut tu sic statuere me putes. Id enim si sic se haberet, annōn memetipsam non minus in aliquā seram, quàm Græcos illos omnes mutauim

tare quoque potuiffem? Totum igitur illud, quod-  
 cunque facio, Vlyffes, cum duntaxat in finem me fa-  
 cere uelim cogites, ut colloquendi habeamus occasio-  
 nem. Non si idem planè quod tu, ego quoq; loquerer,  
 omnis inter nos exorta confabulatio nobis euestigiò fo-  
 ret adempta. Hoc tibi saltem sufficere iurè debeat, quod  
 ego tibi concesserim, ut omnes, quotquot eorum uo-  
 luerint, ope tua rursus homines efficiantur. Atq; si tibi  
 uideatur Vlyffes, quòd ab illorum, quibus cum collocu-  
 tus es, nullo sis planè conuictus, nec ab alijs etiam te  
 conuincendum putes, animum nequaquam desponde-  
 re, sed aliud aliquod animal, quicum agas deinceps, di-  
 ligenter inuestigare uelis. Fieri enim potest, ut inter  
 Græcos illos unum duntaxat aliquem inuenias, qui tui  
 beneficij participē se reddi sit exoptaturus. V. Li-  
 bentiffimè uerò faciam, quodcūq; tu mihi suades. Nam  
 uitio nimis magno mihi uersum iri uidetur, si coeptum  
 tantopere gloriosum non absoluam. C. Vade igitur,  
 & cum capro illo, quem uides istic herbis uescen-  
 tem, colloquere, quòd & is ipse, nisi memoria me fal-  
 lat, non minus ac reliqui Græcus extiterit aliquando.  
 V. Caper, heus caper, quòd si tu Græcus es, quemad-  
 modū Circe mihi dixit, ausculta me quaeso. CA. O-  
 lim, quandiu homo erā, equidē Græcus eram Corin-  
 thiēsis, nomine Cleomenes appellatus: sed ad tēpus hoc  
 præsens quod attinet, ut equidem Græcus amplius non  
 sum, sic esse profeciò non optem. V. Ideo fortassis,  
 quòd patriæ tuæ te pudeat. C. Non ideo certè: quòd  
 in hoc

*in hoc uniuerso mundi theatro terra fortasse sit omnino nulla, quæ laudem maiorē mereatur, ac una illa.*

*V. Quid igitur est id quæso quod nolis? C. In hominem rursus transformari adeò non uelim, ut nihil aliud sit ac illud unum, quod metuum uehemētius: cùm præsentis huius uitæ statu contentus equidem sim multò magis, quàm unquam fui ulla re alia, quandiu homo fui.*

*V. Atqui ego tibi potestatem in hominem rursus euadendi iam nunc offerre decrêm: ideo quòd mihi uideretur, me tibi beneficium non exiguum sic esse præstaturũ, si, humana effigie tibi reddita, ex hac te seruitute liberarem, & in patriam tuam mecum rursus adducerem.*

*C. Equidem gratias ago tibi pro beneuola animi tui erga me uoluntate quàm queo maximas, Vlysses: uerumenimuerò, si mihi fortassis illud ipsum, quod offers, beneficium eueniret, an id quod tuis ipsius cogitationibus est contrarium, non cõsequeretur?*

*V. Qualis est igitur huius propositi tui causa, Cleomene mi? Ego sanè semper intellexi, uiros illos, quotquot in Græcia nostra sapientes habiti fuerunt, affirmare solitos, hominem solum animalium omnium, quotquot in hac uastissima rerum reperirentur uniuersitate, & perfectissimum & optimum esse ducendum: imò hominẽ singulari quodam respectu, siue finem, siue dominum animalium cæterorum omnium prorsus esse.*

*C. Isti mediusfidius eo, quòd ita dixere, sese sapientes esse uel maximè declarauerunt. Quid enim, amabo te, naturæ magis est consentaneum, quàm*

unumquemque & res suas laudare, & id saltem quod nouit, affirmare? V. Quis igitur est quæso uita tuæ status, qua item felicitate fruëris, ut bestia potius permanere, quàm homo rursus effici malis? C. Si bona ista, quibus animalia nos cætera perfrui-mur, omnia tibi commemorando recensere, equidem nõ dubito, quin ideo, quòd ingenium humanum est nimis curiosum & insatiabile, ea nec in bonis numeraturus, nec eorundem deinde magnitudinem (cum uos homines ne quidem felicitatis illius, quam uel in hac, uel in altera illa uita soletis expectare, sitis capaces) animo cõcepturus esses. Interim tamen illorum malorum, quæ nos fugere consueuimus, aliquã tantummodò partem dicendo percurrere non detrectabo: quæ quidem mala tanta sunt, ut si tu eorum naturam bene gustauisses, illa fortassis inuidia nos persecuturus esses, qua nostrum quoduis contra uos laborare flagrareq; putes. V. Fac igitur ut, si omnia recensere non uelis, eorum saltem nonnulla mihi recenseas. C. Cum miseria & mala, quibus homo subiectus est, adeò multa sint, quo efficiant, ut ego potius bestia permanere, quàm homo rursus effici malim, meaq; cibus adquantulum recreati natura, cui res nulla præter meimet ipsius cõseruationem curæ esse solet, urgeat me, ut ad umbram istarum arborum cuiusdam digressus somnum capiendo requiescam nonnihil, tempus certè quidem nullo modo patietur, ut de omnibus illis exponam. V. Intellexi iam dudum longioris humanæ uite malorum

comme-



commemorationis intermittendæ excusationem: quam cum accipiam, rursus abs te peto, ut animi mei desiderio quoquo modo satisfactorius, eas hominū miseras, quæcunq; tibi uidebūtur esse principes, enumerare ne graueris. C. Placet conditio. Scies igitur Vlysses, inter alias hominis miseras & infelicitates innumeras tantummodò quatuor esse tam graues, quo unaquæuis illarum in mentem mihi uenientium optare me faciat, ut animalis uel omnium uilissimi potius ac hominis uitam agendam mihi putem. V. Quales itaq; sunt istæ, caper mi. C. Parua illa de rebus presentibus. securitas: timor atq; cura de futuris: sinistra de illis qui sunt eiusdem cum homine speciei, & cum quibus continuo conuersari necesse habet, suspicio: legum denique iuriumq; personas respicientium metus. V. Vab, tu de rebus nimium multis suscipis cogitationem. C. Istius uerò cogitationis à me susceptæ finis est, ut occasionem de illis cogitandi uitare possim. Nam ut à prima illa quatuor istarum molestiarum faciamus initium, quenám, per deos immortales, est hominis illa securitas, qua ne unam quidē horã res presentes pacatè possidere potest? Nam si prius ad illas quæ cōmunes sunt omnibus, orationē cōuertamus, equidem fatendū est, illas esse prorsus incertissimas: cum & in fortunæ (quæ quàm uolubilis & uaria sit, unicuiq; satis superq; est notū) quasi manibus positæ, & principum (quæ suam ipsorum tantummodò uoluntatem pro lege solēt habere) potestati subiectæ sint: humanū uerò desiderium

modis omnino nullis exsaturari posse, non ignores tute ipse. V. Quod ad hoc attinet, uerum sanè dicis. Is tamen qui uir prudens est, & uoluntati desiderioq; principū, & imperio fortunæ persacilè sese norit accòmodare. C. Iam si de priuatis uniuscuiusq; facultatibus sermones instituamus, quis est, amo te Vlysses, qui illarum sibi liberam quandam per unius saltem dici spacium possessionem polliceri queat? cùm, quamprimùm in hunc mundum editus est homo, in eodem & meum & tuū illud (quæ duo homines efficiunt ad cò uehementer auaros, ut unusquisq; uigilias suas & omnes conatus cò perpetuū conuertat, ut semetipsum quocunq; modo, siue licitus ille sit, siue non sit, diuitem, alterum uerò pauperem possit efficere) regnare uideat. V. Homines profectò sibimetipsis retia tendunt multò plura quàm uobis animantibus. C. De perpetuo irremissoq; , qualis ex eo proficiscitur, timore, utpote quòd metuere te oporteat, ne principes uel bello, uel modis alijs multò plurib. quàm sexcentis, easdè facultates tibi eripiant, aliud equidè dicere non uelim, nisi quòd ego meis proprijs his oculis homines quosdā conspexerim, qui tam uehementer metuerent, ne sibi opes & facultates, quas habebant, auferrentur, ut illis omnino nō uterentur, sed sese p̄auperes esse simulātes, miserrimeq; uitam suam traducētes, illas aliquò clām abderent: ita quidem, ut eas habentes ex eis non modò non plus commodi perceperint, atq; illi qui non haberent, uerumetiam insuper earum conseruandarum cu

*ra perpetua premerentur & grauarentur. V. De auaritia nolim ut quicquam loquaris. Ea enim est tale uicium, quod homines efficiat adeò dementes, ut non tam aliorum quàm suimet ipsorum fiant inimici. C. De timore, quem tibi fures, quem serui, quæ agricolæ, quem cõiunx ipsa deniq;, si præsertim eà te iunior sit, incutit, nihil equidem commemorabo: cum tibi sufficere debeat hoc, illarum infelicitatum inter nos cætera animalia locum prorsus esse nulli, ideo quòd nos fortunam non agnoscentia, resquæ nullas inter nos distinctas, sed omnes pro communibus, non proprijs habentia, eas alia alijs furari minimè studeamus. Iam, cum superioritas etiam nulla sit inter nos (nec unum dignius existimatur esse quàm sit aliud, quatenus est eiusdem speciei) multò adhuc minus timere solemus, ne per aliud aliquod nos sua fortitudine potentiãq; præcellens, nostrum nobis eripiatur: quæ res deinde efficiat, ut quòd habeamus, abscondere cogamur. V. Quòd istæ res, quarum mentionem fecisti, curas omnino multas hominibus exhibeant, equidem non ignoro, mi caperis uerò qui appetitum suum rationis imperio subdiderit, earum molestiarum maiorem sanè partem non difficulter euitare ualuerit. C. Is uerò quicumque semper recalcitrare solet, quomodo sponte sua morerem gerat? V. Atqui tu nullam omnino sinè laborum molestiarumq; susceptione parari reportariq; solere uictoriam non ignoras. C. Id quidem secundum uos, qui animum uestrum pulcris sanè dictis pascere*

scere consueuistis, ita est. Sed ut ad secundam quatuor istarum hominis miseriarum particulam ueniamus, quòdnam queso te animal, uno homine duntaxat excepto, tu mihi demonstrabis, quod à rebus nondū presentibus sibi metuat? V. Homo uerò quanto, te precor, excruciaci metu solet? C. Tanto mehercule, ut uitam sollicitudinum plenissimā semper agat: adeò certè quidem, ut quamprimùm tempestas ipsa sese nonnihil immutare uideatur, ille mox messes infrugiferas inde subsequitur esse pertimescat. Deinde uerò, si homines audiant tonitrua, fulgura uideant, sagittam fulguralem modis adeò miris exhorrescunt, ut dijs ipsis non modò uota faciant, uerum etiam nonnulli sint inuenti, qui sese uel in ipsas terræ cauernas abdere non dubitarint, ideo quòd eiusmodi sagittam non plurimū quàm pedum quinq; longitudine terram penetrare & intrare uulgò dici consueuerit: uel uituli marini exuuijs sese texerint, ideo quòd piscem illum solum sagitta fulgurea nunquam peti solitum fuisse, communiter etiam credatur. V. Verum quàm multi sunt hominum illorum, qui tali quopiam timore percellantur? C. Quicumq; tale quippiam nō similiter extimescit, is aliud aliquid habet, cuius gratia perpetuo timori sit obnoxius. Quàm enim multi sunt inter uos, qui tantopere metuunt ne incidant in morbos, ut reuera dici non possit, illos unquam sanos esse? Quamprimùm enim illa libertate, quæ cateris animantibus (legi planè nulli plus quàm uel illis placeat, uel appetitus ipsorum requi-

requirat, comedendi sese obligare ualentibus, & ita ne quidem tantillum præter illum ordinem, quo longissimo tempore usa fuerunt, committere audentibus) sanitatem conciliatam conseruat, non usi, conditionem suam uel paululum à solito frigoris aut caloris more deflexisse perspiciunt, in tantam animi incidunt desperationem, ut humoribus præter modum mox alteratis, in posterum tempus nunquam sese bene habere sentiant. V. Isti sunt homines tam mirum in modum timidi, ut re quaq; eaq; uel minima perturbetur. C. Cæteri uerò, qui sunt his nonnihil audaciores, aut omnino parum uiuunt: aut, dum sese suam iuuentutem utrius uel sexcentis in sese turpiter admittendis exegisse, uel inordinatè saltem uixisse recordantur, naturam suam pœnitendo tantopere debilitant, ut semper aliquid sinistri inde profecturi cogantur suspicari. V. Annón igitur idipsum quoq; uobis usuuere solet? C. Non solet Vlysses, cum nos semper unam & eandem regulam, quam nobis ipsa natura præscripsit, in agenda uita constantissimè sequi soleamus. Considera demum, quantopere uobis suspicandum sit, aut uos interea temporis, dum ægrotetis, fortasse derelictum, eoq; seruitio, quo tum uobis uel imprimis opus futurũ sit, ideo quòd rebus quamplurimis indigere soleatis, destitutũ: aut opes facultatesq; uestras adeò, ut uobis ualitudine iam tandem aliquando recuperata, penuria laborare necesse sit, dilapidatum iri. quorum quidem omnium nobis, quæ nullo tempore tam grauiter ægrotare sole-

amus,

amus, quin nos nostrimet ipsorū (ideò quòd inter nos nullum planè sit, quod proprium quicquam possideat) curam sufficientem gerere queamus, nihil usuuenit.

V. Inter uos interim quædam aliquando sunt inuenta, quæ propter id quòd uel spinis compuncta, uel quòd aliud quiddam mali perpeffa fuissent, opus habuerunt, ut abs hominibus adiuuarentur. C. Quòd si talium quædam fuere, tam pauca certè quidem suere, ut numerum planè nullum conficiant. De timore præterea, quam uobis hominibus incutit ipsa mors, càm nos interim animalia ab eodè libera planè simus, quid, amabo te, mihi dices? V. Annón igitur & uos quoque mortis causa timere soletis? C. Nihil omnino, nisi nobis ea sit adeò præsentanea, ut illius cruciatum sentire incipiamus: cum uobis uel eius sola recordatio, uel ipsius præstituti termini certior cogitatio tantum dolorem afferat, ut uestrum nonnulli sint inuenti, qui in ecstasim quædam incidentes, sibi uitam proprijs manibus eripuerint. Sed id sanè missum faciamus, & illam curam cogitationemq; quam rerum futurarum causa suscipere soletis, accedamus. Quanta itaq; dij boni, est uestra, ô homines, infelicitas. quibus non modò rerum istarum, quarum singulis diebus indigetis, uerum etiam istarum quarum uobis post integrum annum, quinimò post annos duos opus futurum sit, cum comparandarum, tum conseruandarum perpetua quædam cura incumbat. V. Quasi uerò non etiam quædam sint inter uos animalia, de quibus idem dici queat. C.

Quenám

Quenám sunt igitur istae V. Formica, quae aestiuo tē-  
 pore illa omnia, quibus hyberno sit opus habitura, con-  
 gerit, & alicubi reponit. C. Quāquam uerum  
 sit, quòd illam cibum congerere, necnon uspiam repo-  
 nere solere, dixisti: id ipsum tamen ideo nō facit, quòd,  
 quemadmodum uos homines facere soletis, cum uobis  
 in futurum tempus necessaria procuratis, sic ipsa quo-  
 que uel propter annonae raritatem, uel aliam quandā  
 causam, ullo sese tempore cibi inopia laboraturā per-  
 timescat: sed ideo solū, quòd temporis hyberni sit igi-  
 ditatem (unde quoq; fit, ut hyeme durante extra ter-  
 ram nunquam prodire consuērit) tolerare nequeat,  
 eò ubi per idem hybernum tempus sibi commorandū  
 putauerit, cibum suum cogere, comportareq; solet:  
 ipsius naturae, non uerò timoris (quasi super terra nō  
 semper omnium ad uitam suam necessario pertinenti-  
 um ciborum apparatus satis multum repertura sit)  
 instinctu commota. Nam cum nos animalia neq; tem-  
 pus, neque temporis ipsius etiam partes cognoscamus,  
 quomodo quæso fit, quòd tu uelis contendere, nos de  
 rebus illis, quae futurae sint, sollicitari solere? V. Qua-  
 si uerò tempus non cognoscatis, cum tot sint inter uos,  
 quorum alia singulorum annorum cum primo uere,  
 tum autumno, regiones alias cum alijs commutare con-  
 suērint: quemadmodum sunt arundines, turdi: alia ue-  
 rò subtus terram conditum sese recipiant: id quod faci-  
 unt serpentes, & meles, & animalia generis illius com-  
 plura. C. Id ideo non faciunt Vlysses, quia tempus  
 cogno-

cognoscant, sed quia differentias eiusdem presentiant. Quinimò tibi plus quàm adhuc dixi, dicam, quòd nimirum tempus non tantummodò, uerum etiam ne quidem ipsum cœli motum, qui temporis est subiectum, cognoscamus: sed illarum stationum, quas idem cœli motus in terris efficiens, nunc calorem, nunc frigus, nunc uentum, nunc pluriam, & alias huiusmodi commemoratis non absimiles uarietates naturales generare solet, differentias solùm sentiamus: quas quidem ipsas nos tanto melius atq; uos intelligimus, ut uos sepe uerò à nobis res futuras diuinandi sumatis occasionē. Scisne autē tu Vlysses, unde hoc profisciscatur? Inde nimirum profisciscitur, quòd nos animalia phantasiam nostram tot tantisq; friuolis contemplationibus nō ita plenam, quemadmodum uos homines contra uestram, habentia, mutationem temporis qualemcunq; uel etiam minimam, id quòd uos itidem facere nequaquam potestis, sentiamus. V. Tēne igitur temporis cognitionē infelicitatem uocare audere? C. Maximam uerò uocare non dubitem, cū tempus illud ipsum, uel, ut dicam melius, motus iste, super quo tempus est fundatum, cuiuslibet mutationis, & postremò uestre, id quòd prius adhuc est, corruptionis sit efficiens. Inde fit, ut uos, qui tempus cognitum perspectumque uobis habeatis, mortem perpetuò præuideatis: ideoq; singulas horas dinumerantes, id quòd uobis singulis temporum momētis opus futurum sit, sollicitè ponderetis: quæ quidem res nobis nature unius beneficio uiuentibus



bus nunquam solet euenire. Verùm quid uis quod dicam tibi præter hæc amplius? nisi quòd uestra stulticia sit adeò magna, ut de ijs etiam rebus, quæ post mortem uestram fieri debeant, curam cogitationemq; suscipere consueueritis. V. Id scilicet eum facere solemus in finem, ut unusquisq; res suas post sese relinquat ita dispositas & ordinatas, ut ipsi nostrum cuiusq; liberi à nobis procreati, uitam multo tranquilliozem quietiozemq;, quàm aliàs, nisi sic omnia ante mortem nostram ordinasse uis, acturi fuissent, agere possint. C. De rebus istiusmodi, utpote quæ sint alicuius momenti, cogitare uolupte sanè sit: uos autem de talibus quibusdam, quæ nullius omnino ualoris sint, solliciti soletis esse. V. Dic igitur, amabo te, mi caper, qualésnam sint istæ. C. Cùm aliæ profectò multæ, tum uel in primis ipsa quoq; sepultura. Eam enim non aliter, atq; si terra uestrum omnium communis mater non esset, & iccirco illius etiam participes ex æquo omnes non essetis, à uestris istis sacerdotibus grandi pecunia redimere tenemini, ita quidem, ut quicumq; pecunia destituatur, ille nobis seris potius ditaniãdus, à uobis relinquatur, quàm sepulturam consequatur. V. Equidem non permittam, ut nos ea de re inter nos sermocinemur: ideo quòd id ipsum sit ordinarium quiddam, beneficij nomine in nostrum certos quosdam collatum, & ad speciem ipsam propriè nõ pertineat. C. Age igitur, ueniamus ad illarum præcipuarum, quibus estis expositi, molestiarum tertiam, quæ scilicet est timor,

G

quem

quem uestrum alij alijs incutere soletis: cum nos interim ab eodem libera simus omnino. Tu enim animal, quod alij cuidam eiusdem cum ipso speciei, naturaliter inimicum sit, nullum prorsus inuenies. naturaliter inquam ideo, quod ratione nonnullius accidētis, ut amoris, famis, zelotypiæ, & rerum id genus aliarum quarundam dissidia quidem inter nos, at rarissimè profectò soleant exoriri. V. Neq; nostrum, ut hoc scias, alij alijs naturaliter inimici sumus. C. Ita sese res habet, ut ais. at insatiabilis illa uestri desiderij cupiditas inimicitiam uestram in naturam conuertit: ideo quod unusquisq; uestrum eo tantum, quod ipsi nature sufficere potuerat, non contenti, id ipsum quod possidetis, alij alijs per uim eripere studeatis. Inde tot bella, tot ciuitatum deuastationes, tot regionum deprædationes, tot populorum trucidationes, tot proditiones, tot latrocinia, tot aliæ impietates, adeò magnæ, quò uos ad uenena uobis inuicem propinanda compellant, exoriuntur: cuiusmodi nos committere, nunquam mehercule comperiisti. V. Istiusmodi malis omnibus is, quicumq; uoluerit, perfacile medebitur. G. Sed quònam modo? V. Eo nimirum, si paucis contentus, & abs alijs hominibus segregatus, intusq; canens sibi uiuat. C. Istorum duorum prius illud uos fortasse præstare possitis: posterius uerò, nisi maximo cum dispendio, non item. cum uos homines rebus adeò multis indigeatis, ut ne quidem unus inter uos omnes reperiat, qui per semetipsum ad uniuersas eas res, quibus

opus

Opus habet, comparandas idoneus esse uideatur: adeo  
 tertè quidem, ut summa necessitate coacti, facere non  
 possitis aliter, quàm alij cum alijs cohabitatis. Ea nimis  
 rum de causa ciuitates per uos primùm inuentæ sunt,  
 ut inter uos commodè uiuentes, & mutuas alijs alijs o-  
 peras tradentes, ea omnia quæ quotidianus usus rerum  
 postulaturus esset, uobis comparare possetis. Atqui  
 cum illum tam commodè uiuendi finem ne ciuitatibus  
 quidem iam conditis cõsecutos uos esse uideretis, ideo  
 quòd alij aliorum rebus non equaliter indigeretis, &  
 sic aliam pro alia accipereq; & tradere non commo-  
 dè possetis, excogitauistis insuper monetam, medium  
 mehercule rebus utrinq; commutandis & omnium o-  
 ptimum & accommodatissimum. Illa uerò cum uobis  
 ad uitam sustentandam multis omnino modis idonea  
 sit, ideo tamen, quòd uos eandem nimis uehementer  
 adametis, inter uos certè mali nõ minoris atq; boni sit  
 occasio. Nam cum semper in illud incumbatis, ut alijs  
 alijs eam eripiat, tantæ inter uos existunt inde inimi-  
 citiæ, ut horam ne quidem duntaxat unicam securè si-  
 nequæ graui suspitione mutuò negociari queatis. V.

Quantumuis ego rerum distinctionem multorum ma-  
 iorum multarumq; inter nos inimicitiarum, inter uos  
 (quæ rebus quibuslibet pro cõmunibus utamini) nul-  
 lo modo contingentium, causam esse negare non pos-  
 sim: nullatenus tamen adducor, ut uitam uestram no-  
 stræ preferendam putem. Nam cum nos amicitiam in-  
 micitiæ contrariam, rem qua in uniuerso hoc mundo

alia neque dulcior, neque utilior ulla est, rem per quam nos non duntaxat actiones externas, uerum etiam cogitationes internas, dolores, felicitatem, & omnia denique alia nobis communia facimus, excolamus, omnis inimicitiae uis facile contemnetur. C. Annon igitur inter nos quoque uiget amicitia? & quidem non tantummodo inter ea quae generis eiusdem, uerum etiam inter ea quae generis diuersi sunt animantia: ut inter turtures & psittacos, inter pauones & columbas, inter ceruos & damas, & ita deinceps inter alia coplura. V. Non. & hoc ideo quidem, quod amicitia illa, quae uera amicitia est, ab utili & honesto proficiscatur: quorum utrorumque cum uos nec unum, nec alterum cognitum perspectumque habeatis, & amicitia praeterea debeat esse uoluntaria & per electionem conciliari, per uos autem horum neutrum etiam fieri posse constat, omnino consequitur, ut illae quae uobis amicitiae uidentur, aliquae potius inclinationes naturales existimanda sint, quam uerae amicitiae. Hinc est, quod istae quoque quae inter improbos ad impium nefariumque aliquem finem exercentur, quaeque uel propter solam utilitatem uel uenustatem contrahuntur amicitiae, coniuratae potius factiones, quam amicitiae uocentur. C. Quantumlibet, ut tute dicis, uera inter nos amicitia nulla esset, quid tum postea? cum inter nos nulla etiam regnet aduulatio: quod ea ipsa fortasse non minus noceat, quam iurare possit amicitia. V. Eam uero nos rationis beneficio facillime possumus agnoscere. C. Sed quodam

nam, rogo te, modo agnoscere potestis? cum & adulator amico uero similimus appareat, & præter id etiã uobis ipsis adulationes adeò uehementer arrideant, ut id ipsum quod uerum est, uobis indagare non permittant. V. Ita profectò sese res habet, ut & propter nimium, quod ex laude suscipitur, beneplacitum, & propter ipsammet rei naturã permagnæ sit difficultatis, quinam sint adulatores, & quinã ueri contrà sint amici, rectè posse discernere: quòd officij nomine non minus ad uerum amicũ, amicum suum oblectare pertineat, quàm adulator eum cui adulatur, oblectare solet: nisi quòd in aduersitate omnes adulatores, eos quibus adulari consueuere, derelinquant, sed amici ueri nequaquam. Quamuis itaq; difficilim im factu uideatur, ut uel saltem cognoscas, an aliquis reuera tibi sit amicus, nec ne fit, tum quidem cum eius ope non indiges: eo tamen non obstante, si rem bene considera ueris, cognoscere poteris nõ ita difficulter, quàm fortasse putes. C. Id igitur quonam pacto fieri queat, ut breuiter explicare mihi uelis, te oro et rogo. V. Res, quæ animum adulatoris manifestent, equidẽ sunt permultæ: in quibus illæ principes, quòd sese moribus illius, cui adulatur, accommodans, idem planè faciat, quod ipsum facientem uidet: ipso propositum suum mutante, adulator etiam suum mutet, eamq; rem, tanquam uerum uiuendi modum, laudando probet: amicus autem uerus & syncerus animi sui bonam, ne tantillum quidem remittẽdo, sequens intẽtionem, ad illud unum,

G 3

& aliud

Et aliud omnino nihil, se se duntaxat accommodet, quod cum ipsa honestate iudicet esse cōiunctum. Inde fit, ut, dum adulator umbræ quam rectissimè comparetur (quòd, quemadmodum umbra corpus ipsum semper insequitur, & illud omne quod ipsum facit, ea quoque facit: sic etiam faciat adulator id omne, quodcunq; is, cui adulatur, facit) amicus uerus cum luce, res omnes splendore suo sic, ut ab illis ipsis ne quidem tantillum coinquinetur, collustrante, optimo iure conferatur. Adulator præterea similiter id, quodcunq; tu facis, ipse laudat: amicus autem laudat id tantummodò, quod bene factum fuisse dijudicando concludit. Adulator in omnibus omnino rebus, & sic non duntaxat in illis, quæ reuera bonæ sunt, uerum etiã in cæteris, quæ bonæ esse putantur, locum primum tibi cōcedit: de uitijis tuis te excusat, & illis potius semetipse grauat: ac, ut uerbo dicam, nullo tempore aliud quicquam dat operam adulator, nisi ut non minus alij malè, quàm bene agenti satisfaciat. id quod amicus uerus nunquam facit: qui nimirum tibi nullis in rebus unquam sit complaciturus, nisi quatenus easdem cum honesto cōiunctas esse perspiciat. C. Actum agis, Vlysses. Quantumuis enim omnia ista, quæcunq; dixisti, fortè uera sint uel omnium maximè: alia tamè est res, quæ facit, ut ego nequam rursus homo fieri uelim: & illa quidem ipsa est legum uestrarum, poenarumq; per eas ordinarum metus. V. Tunc igitur existimas, quòd leges habere, hominibus parum laudabile sit? C. Non equidem illud

Illud ipsum: sed hoc, quòd uos homines legibus illis opus habeatis. Inde namq; naturæ uestræ imperfectio, necnon infirmitas etiam luce meridiana clariùs elucescit. Atq; per deos immortales, an tute ipse non uides Vlysses, appetitum uos habere tam uehementer immoderatum, ut & honestati, & utilitati uestræ sit contrarius? ab eoq; tot modis agamini, ut lumen rationis ipsius, qualiter illud incommodum uitare possitis & effugere uos erudientis, uobis minimè sufficiat, sed uisum fuerit expediens, ut infinitam quandam legum, quæ uos pœnæ metu à malè faciendo absterrerèt, multitudinem promulgaretis. V. Quicquid affers de legibus, illud uniuersum tibi eatenus est intelligendum, ut eas propter malos, nō autem bonos ( qui amore uirtutis propria spōte, quicquid eorum personā decet, agentes, non tantummodò nullo legum ullarum timore percelluntur, uerumetiam eas ne quidem nouère ) latas esse cum animo tuo constituas. C. Istorum uerò bonorum, sua sponte officium facientium, quod quaeso sunt, Vlysses? Putásne nos eos omnes faciliè, tametsi numeri principiū nihil admodū repetamus, diuineraturos esse? Atq; tametsi uos omnes essetis eiusmodi, uigilantia tamen atq; cura, quas ad sensus ipsos freno rationis ita compefcendos, ut ne uos transuersos abriperent, & à recta rationis eiusdem semita forsitan abducerent, suscipere cogere mini, quantam quaeso uestris animis perpetuò generarent inquietudinem? V. Quamuis illud ita fieret, habitus tamen inde nullus

procrearetur, cum non ignores tute ipse, quod è rebus usu diuturno consuetis passio nulla procreetur. C. Antè uerò quàm sensus in gyrum rationis ita ducere ualeatis, ut uobis obediant, quanto uobis ad id opus est tolerantia conatu? qui instinctu quodam naturali sic sitis affecti, ut id quo uobis uel omnium maximè fuerit interdictum, cum primis appetere soleatis. Nobis autem tale quippiam minimè contingit, quæ nulla cupiditate, naturæ nostræ minus conueniente prædita, omne quod uolumus, id ubi & quando nobis ita placuerit, sine ullius rei respectu, sineq; timore ullo non tantummodò poenæ, uerumetiam ne inuidiæ quidem contrahendæ, comparare possimus: qua facultate uos præditos non esse, uobis onus est certè quidem non parum graue & molestum. V. Magnam mehercule gloriationis causam habetis: cum, si dijs ita placet, non tantummodò legum, uerumetiam ne pudoris quidem causa timere quicquam, reuera laude magna dignum sit. C. Et quonam quæso iure nos aliquis reprehendat, quæ rem sub intelligentiam cognitionemq; nostrâ minimè cadentem, minimè quoq; disputare soleamus? Atq; ut tandem aliquando nostræ confabulationis huius finem faciamus, sufficiat tibi Vlysses, quod ista libertas, qua in hoc presenti uitæ meæ statu fruor, mihi tam suauis & dulcis esse uideatur, ut istarum (quibus maxima uestrûm pars propter stulticiam, necnon ambitionem (quæ uobis manus uestras negocijs quamplurimis uelut alligarunt, eo quod ipsa natura uos aliâs

ita



ita procreavit, ut ab istis liberi prorsus essetis, non obstante ) subiecta est ) seruitutum copia uarietateq; cōsiderata, ipse certè quidem rursus in hominem conuer-  
 ti nullo modo uelim, uerumetiam nullum cum homi-  
 nibus posthac contrahere me uelle commercium pla-  
 nè decrerim: qui non ignorem, quòd uos non tantum  
 modò uosmetipsos uestris illiusmodi legibus obligauer-  
 itis, uerumetiam omnia insuper, quorum domi uestra  
 uiuentium seruitijs utimini, animãtia: ordinaueriti:q;,  
 ut illãmet ipsa id damnum, quod alijs dederint, iterum  
 præstent: eò usq; ut nos ideo, quia nos in agros alienos  
 pascendorum nostri causa conferre soleamus, culpam  
 non desinatis, cum uos interim ipsi potius, quod atti-  
 net ad illud, castigatione digni uideamini: qui rerum  
 dominiorumq; omnium distincta possessione introdu-  
 cta, id quod natura parens illa benignissima commu-  
 ne uoluit esse cunctis, proprium singulis effeceritis.  
 unde factum quoq; fuit, ut ne quidẽ uosmetipsi inter  
 uos securè, quemadmodum in partem contrariam nos  
 animantia facere soleamus, conuersari possitis: conti-  
 nuoq; uobis extimescẽdum sit, ne uel illud ipsum quod  
 habetis, forsã amittatis, uel in posterum tempus in  
 quoddam malum incidatis. Quæ omnia cum ita sint  
 Vlysses, per me quidem licet, ut illo tuo tam infelici,  
 tamq; generis omnis miseriarum referto statu ad sa-  
 tietatẽ usq; perfruaris. Ego uerò perparum illud uitæ  
 meæ, quod adhuc restat, in hoc meo sine mortis, alio-  
 rumue malorũ subeũdorũ timore cõsummare cõstitui.

Vlyſſes, Circe, Cerua.

**Q** Vanquam ueritas, quemadmodum prouerbio celebrari solet, in animis eorum, quibus illa dicitur, odium parere uulgò consuêrit, Circe charissima: ego tamen, cum hominibus animo uerè nobili præditis, aliud affirmare, aliud interim animo cogitare plerosq; solere, uehementer displicere nõ ignorem, ea quæ mecum sentio, tibi declarare non uerebor: quantumlibet aliquantulũ dubitare non definã, an te hac re offensurus sim, nec ne. **CIR.** Tu uerò loquere liberrimè, quodcunq; uideris, mi Vlyſſes ingeniosissime, ideo quòd animis reuera generosis excepta una ueritate, res antiquior & gratior soleat esse nulla. **V.** Equidem dubito, mea Circe, an tu, quemadmodum illis, quibus cum collocutus ego sum, sermocinandi facultatem concessisti, sic etiam sanè cordateq; ratiocinandi (licet illud ipsum facturam te esse, mihi fueris pollicita) contribueris efficaciam. Atq; cum dici nõ possit, quantopere omnes ab amplectenda ueritate abhorruerint, equidem ualde uereor, ne solũm confabulandi, non ratione utendi concesseris facultatem. Quod si uerum esse, certò scire possẽm, abs te data mihi uerba illu sumq; fuisse affirmare non dubitarem. Et sanè, cum nemo sit inter illos omnes, qui naturam humanam ferina meliorẽ esse iudicet, omnino mihi persuadeo, me rem tetegisse. Nec enim adduci possum, ut  
credam.

credam, Circe, illos, siquidem ueraciter ipsa ratione  
 præditi fuissent, sic affirmaturos unquam fuisse. C.  
 Tu profectò non sine causa, tibi per me impositum fu-  
 isse, cogitare posses, siquidem illud ipsum, quod tu me  
 fecisse suspicare, fecissem: & hoc ideo sanè, quòd nemo  
 res eas, quas uel non uult, uel præstare non potest, sese  
 præstaturum polliceri debeat: cum scilicet illud mali-  
 ciam, hoc uerò stulticiam sui habeat efficiètem. Quod  
 cum ita sese habeat, uelim tibi planè persuadeas Vlysses,  
 eos interea temporis, quo tu cum illis sermonem  
 contulisti, isto eodem iudicio, quo, dum homines adhuc  
 essent, uterentur, usos fuisse omnes. V. Illud ipsum si-  
 quidem sic est, cur igitur, amo te, mea Circe, errorem  
 tam apertè manifestum non intelligunt? idq; ideo uel  
 imprimis, quòd illis omnibus ipsa ueritas ad uiuum à  
 me demonstrata sit? C. Fieri fortasse potest, ut tan-  
 tum commodorum, tantumq; deliciarum in suo isto ui-  
 tæ genere, quod nobis est ignotum prorsus & incogni-  
 tum, fuerint experti, quò tam temerè & unicè illud  
 amplecti minimè mirum debeat uideri. Tu tamen in-  
 terim uade Vlysses, & institutum tuum persequere:  
 quòd fieri possit, ut non omnes idem facturi sint. Ab  
 animalibus, qualia qualia demum sis offensurus, mini-  
 mè tibi metuentum censebis. Omnia nanq; rursus in  
 homines conuersa sunt, eatenus quidem, ut ex illis no-  
 citurum tibi sit omnino nullum. V. Græciæ nostræ  
 sapientes creberrimè dicere solebant, quòd isti, qui si-  
 bi metipsis ad bene beateq; uiuendum consilium dare  
 nouissent,

nouissent, in primo: alij uerò, qui primis illis contrarij, per semetipsos consilium pro sese nullum reperire possent, dumq; sapientiorum consultationibus inniti cogerentur, eos adirent, in secūdo laudandæ uirtutis gradu meritò collocarentur: iste uerò, qui nec ipse sibi cōsulere sciret, nec ab alio etiam quoquam capere consilium uellet, ab ijsdem eiusdem Græciæ nostræ sapientibus, ne quidem dignus, qui in numerum mortalium referretur, existimabatur. Huius postremi generis certè sunt isti, cū quibus hæctenus ego sui collocutus. Unde quoq; mirari nemo debeat magnoperè, quòd naturæ humanæ sese restitui noluerint. Ego uerò cū istis et iudicio præstem, et hominis hominibus commodare proprium munus esse non ignorem, occasionem inde nullam arripiendam esse puto, quo minus operam mihi dandam esse statuam, ut uel in indignos donum tam egregium per me conferatur. Atq; dij boni quid est, quòd ego tam pulchrum gregem ceruorum mihi uidere uidear? Ibo rectà exploratum, an sit aliquis inter eos, qui Græcus olim fuerit, necne. Heus heus cerui, dicite mihi, quæso uos, si uobis cælum fortassis idipsum det, quod uel omnium maximè cupiatis, an uestrum quispiam sit Græcus. CER. Gratiam habeo dñs ipsis longè maximam, quòd et humanam uocem rursus intelligere, et nō aliter ac solebã, loqui possim. V. Iam fortassis aliquando tandem in talem quempiam inciderim, qui iudicium suum non ita, quemadmodum cæteri, quibus cum ratiocinatus antè fui, perdidit:

derit: idq; ideo, quòd dijs ipsis gratias agat adeò magnas de eo, quòd & humanam uocem rursus intelligat, & instar nostrum cuiusdam loqui queat. C. Tunc, qui me de isto interrogas, Græcus es? V. Sum uerò, & mihi nomen est Vlyssi. C. Ego similiter sum Græca, atq; prius, quàm sic à Circe in ceruam commutarer, eram femina. V. Me miserum. Nam si mihi res cum femina sit futura, dubium profectò non est, quin actum mihi sit agendum: cum, quod uulgò dici consuevit, feminae semper id quod peius est, soleant eligere potius, quàm quod est melius. Illud uerò, quantumuis ita sit, nihilominus tamen mihi satisfactum uel omnium maximè putârim, si cum utroque sexu fuerim collocutus. C. Qua uerò de causa commoueris Vlysses, ut sic discurrendo tam diligenter, ecquis hîc, qui Græcus olim fuerit, inueniatur, inquirere nõ desinas? Deinde, quàm uerè deos ipsos tibi uelis esse propitios, ita te obtestor, ut, qui fiat, quòd te & intelligere, & tecum ratiocinari queam (id quod mihi, quandiu cerua fui, nullis unquam temporibus, ullo alio ad me uerba faciente, solitum fuit usuuenire) digneris explicare. V. Vt ea de re quamprimùm certior euadas, scito meis me precibus (quarum faciendarum amor iste, quo Græcos meos omnes usq; prosequor, causa fuit) à Circe impetrauisse, ut & sermones cum uobis omnibus conferre possim, &, quod adhuc amplius est, omnes, quibuscunq; sanè placuerit, humane conditioni restitutos, unà mecum in patriam ipso-

rum & meam reducere. Quare cum tu quoq; sis ex illorum numero, quibus (si saltem placeat) tantum beneficium prestare decreverim, uelim animi tui, quod attinet ad hanc rem, sententiam mora nulla omnino interposita confidenter exponas. Vos enim feminae rem quandam nimis diu considerantes, animi, nec non ingenij penuria uos in eandem sic intricare soletis, ut rursus extricare non ualeatis: unde quoq; fit, ut illa solum responsa, quae datis euestigio, non alia, laudentur. C. Non placet. ecce tibi responsum, ut opinor, properatius satis. V. Istud uero non est aliquod est responsum illis ipsis, quae laudari solere dixi: quantumuis euestigio abs te mihi sit datum. C. Qua tandem queso de causa? V. Quod cum ratione nullo modo sit coniunctum. C. Illud quoniam iure, mi Vlysses, affirmare queas, ego certe quidem non intelligo: cum istius, quod mihi tuum consilium displicere dixi, rationes optimas habere uidear. V. Ista igitur, si quidem uelis, ut abs te mihi satisfactum putem, agendum in medium profer. C. Annon eius, quod in pristinum uitae meae statum reponi nolim, rationem habere me tibi uidetur omnium optimam? ea re, quod femina, quemadmodum tibi dixi, fuerim. V. Non certe. creatura namque rationalis esses iterum futura: quam tibi uel maxime probatam ex eo intellexi, quod eandem ipsam naturam ferarum qualiumcunq; meliorem praestantioremque esse fueris arbitrata, cum dijs propter id, quod loquendi facultatem, quae proprietas unius hominis est propria, recepisses, gratias

gratias egeris sanè per quàm magnas. C. Itàne uerò ais Vlysses? Atqui rationabilem creaturam esse, causa non est, propter quam ego naturam meam priorem rursus non appetam, sed illud ipsum, quòd, ut antea tibi quoq; dixi, feminam me rursus effici necesse esse perspiciam: cum feminae adeò mirum in modum à uobis despiciantur & contemnantur, ut inter uestros istos sapientes extiterint nonnulli, qui nos eiusdem uobiscū speciei non esse, ausi fuerint affirmare. Alij pleriq; feminam esse marem occasionatū dixere: quo profectò nihil aliud significare uoluerunt, nisi nos feminas aliquid esse, quod præter ipsius naturæ intentionemq; & consilium uel propter seminis imperfectionem, uel materiæ defectum fuerit procreatū: quæ quidem res, quàm uehementer ordini per ipsam naturam instituto contrarietur, unicuius est manifestissimum: cum nos interim, quicquid tandem de nobis cõcludatur & statuatur, non duntaxat concurramus ad uestri generationem, sed & efficiamus insuper, ut illud quod è nobis natum sit, aliud animal sibi simile generare queat: id quod ista profectò nequeunt animalia, quæ ab alijs duarum diuersarum specierum progenita fuerūt: sicut illud in mulis ex equi necnon asini coniunctione procreatis experientia spectandum proponit. V. Mirum profectò, ni totam deuoraueris philosophiam. C. Sed illud admirari facile desieris, siquidem cum maritum meum philosophum præcellentissimum extitisse, ideoq; me cum illo quotidie cõuersantem planè

coactam

coactam fuisse, ut inde nollem uellem philosophiæ nõ-  
 nihil addiscerem: tum uerò eandem ipsam philosophi-  
 am cūctis hominibus à natura ingeneratam fuisse co-  
 gitâris. V. Tu tamen interea malo isti, cuius effici-  
 ens est, feminam esse, uel omnium principi, remedium  
 nullum reperire potuisti. C. Quale quæso malum  
 est istud, quod tu mihi narras Vlysses? V. Inclinatione  
 garrendi, quæ adeò multum in te potest, ut femina  
 quidem rursus effici non desiderato, fabulandi tantū-  
 modò facultate recuperata tantoperè lateris, ut de eo  
 saltem dijs ipsis gratias paulo antè persoluere non du-  
 bitâris. C. Sed an tibi adhuc nondum uidetur, quòd  
 ego, cur in feminam rursus euadere non uelim, rationē  
 non habeam? cūm femina à uobis tam parui æstimen-  
 tur, ut eas pro mancipijs & seruis etiam uestris tenea-  
 tis, non autem, quod tamen ipsa iusticia uel omnium  
 maximè requirebat, pro uitæ uestræ socijs: quæ quidē  
 res est adeò uehemēter & impia, & ipsius naturæ or-  
 dini contraria, ut animalium cæterorum, uobis duntaxat  
 exceptis, sic facere non ausit ullum. Nam, quantū-  
 libet in animalium genus, quodcunq; uolueris, nonni-  
 hil inquiras, nullum tamen inuenies, quin in eo femina  
 masculi non serua, sed uitæ communis socia sit: & id  
 quidē non solum quod ad molestias, uerum etiam quod  
 ad oblectationes ipsas attinet: adeò certè quidem, ut  
 unus homo sit is, qui cūm dominus omnium salutari  
 uelit, pessimum tamen & iniustissimum reuera sese ty-  
 rannum quendam esse demonstrat ideo, quòd uitæ suæ  
 sociam



sociam sic à natura fuisse factã, ut cum animi magnitudine, tum corporis etiam robore paululum minore sit ac ipse est, perspicuens, eandem tam uili, quàm facit, aestimet. V. Quid igitur est tandem, quod contra uos adeò peccemus, ut uos feminae uicem cõditionemq; uestram tot modis deplorandam censeatis? C. An igitur id ipsum ex me nondum audisti? Vos inquam primo loco pro seruis uestris tenere nos soletis. V. Quæso abs te, ut illud ipsum ne dicas: aliàs enim nos es offensura. dic potius, uos à nobis pro uitæ socijs haberi, & uerum dixeris. C. Dij boni, an igitur ibi societas esse potest, ubi unus semper inseruit, alter uerò dominatur? Et quasi nos, id quod adhuc multò peius est, istiusmodi seruitutem magno pecuniarum numero reddimere non oporteat: cum uos legem, bellam si dijs ita placet, introduxeritis, qua, quæcunque sese cum uobis consociare (quemadmodum uos quidem uestro more loqui consueuistis) uelit, dotem dare teneatur. V. Ut uos illud ipsum facere oporteat, per nos ad uestram ipsarum duntaxat utilitatem fuit excogitatum, nec nõ ordinatum. C. An igitur id ipsum, quo ceteris, ut ipsis mos geratur & obediatur, impetrãtibus, nos obedientia uinculis constringamur, nobis utile sit, necne. Vlysses tute iudicato. Atq; dic mihi quæso nonnihil, cur talis consuetudo ad utilitatem nostram tantummodo per uos introducta uideatur. V. Ideo nimirum est hoc factum, quòd nobis, uos feminas animi prudentiaq; esse tam parua, ut uestras facultates conseruare

H non

non possētis, intelligentibus uisum fuit, ut illarum diuitiarum pars, quam uobis uel ipsi parentes, uel etiam fratres uestri darent, maritis uestris per uos attribueretur & committeretur: non quidem eum in finem, ut ipsi earum pecuniarum essent possessores & domini, sed quidam quasi procuratores: ut iisdem per ipsos diligentissimè conseruatis, uos post uirorum obitum sole relictæ haberetis, unde uitam uestrā sustentare possētis. Et hinc est quòd uideas, post mortem nostram uobis easdem repetere licere: adeò certè quidem, ut hoc illi quod tu dicis reuera modis omnibus aduersetur: cum dos quā uos maritis uestris affertis, ipsis ipsorumq; bonis reuera potius detrimentosa sit, quàm fructuosa. Et sanè uel ipsa iusticia talem quandā consuetudinem requirere uidetur, ut quando maritus uxorem domum suam deducit, tantum pecunie, quantum ipsi uxor dotis nomine dat, ipse quoq; det, eandemq; tali modo collatam communiter ambo, quoad eius aliquid superet, insumant: quamprimùm uerò ex illa non restet quicquam, uterq; sibi, quàm bene possit, in posterum provideat: ideo certè, quòd nostra conditio pessima uideatur esse futura, si quidem uos nō duntaxat id, quodcumq; nos, dum uiuimus, summa cum diligentia lucratur foris, domi consumatis, uerum etiam post mortem nostram nostras similiter facultates dissipetis atq; dilapidetis. C. At ego tibi, mi Vlysses, certò certòque confirmo, quòd ista lucra, quæ nos domi facimus, alijs, quæ uos uiri foris facere soletis, multo sint maiora. id  
quod

quod uerum esse ex eo constat, quia nunquam ququam sis uisurus, qui diuitias accumulare queat, nisi domi suæ habeat uxorem, quæ, ut id, quodcunq; lucratur, bene cõseruetur, elaboret. V. Quod attinet ad hoc, ego quidem id tibi prorsus assentior: asseroq; quod ad illud præstandum uos nobis multò plus ualeatis, ideo quod uos propter animi inopiam naturali quodam instinctu ad rem domesticam bene tractandam longè sitis attentiores atq; nos. Quare cum uestri tantummodò sit officij, ut eorum quæ nos lucratur, cõseruandorum curam geratis, omnino cõsequitur, uos etiam nobis obtemperare potius ac imperare decere: ideo nimèrum, quod, quãto magis ingenium uestrum paruorum rerum comparandarum gratia sollicitum, nec non uigilans est, tanto minus ad eas, quæ magni cuiusdam sunt momenti, obeandas idoneum deprehendatur. Et hinc est sanè id, quod uulgo dici consueuit, feminas ipsas alia nulla de causa magis ut laudentur, emereri solere, nisi ea, quod maritorum suorum mandatis obtemperacionem præsent. C. Illud ipsum uos ideo, quod è re uestra esse intelligatis, ita dicitis: qui si aut nos, aut, siquidem uobis per nos satisfieri non posset, ipsammet ea de re interrogaretis experientiam, intelligeretis profectò, an nos femine ad res quasdam magnas præclare gerendas aptæ essemus, an non. Nam si uos uiri Amazonas, quæ regnum suum non tantummodò longum tempus administrarunt, uerum etiam fines eiusdè simul ampliarunt, aliquantulum mihi consideretis, du-

bium profectò non est, quin cognituri sitis, an illud ipsum eadem sine ingenio fortitudineq; uestra consequi potuerint, necne. De regno Babylonico per Semiramidem, de regno item Schytiae per Tomiram adeò mirabiliter adaucto, equidem nihil dicam: quòd res ab eisdem praeclare gestas historiae uestrae copiosissimè perscribāt. V. Istarū uerò feminarū, quae rebus eius generis cōsimilibus efficiendis aptae sint, quot inter uos inueniētur quae so? earumne manus unius digitorū numero plures nos illas enumerantes inuenturos esse putas? C. Illud ipsum uobis imputate, qui eis ad eiusmodi negocia perpetranda nullam dare soleatis occasionem: cum eas perpetuò domuum uestrarum parietibus inclusas, & exercitijs ad rem familiarem pertinentibus omnium uilissimis occupatas detinentes, eam tantummodò feminam, cuius neq; facta, neq; laus extra murum suae domus egrediantur, laude dignam esse iudicandam communiter affirmare consueueritis. Atqui si uos interim rem bene perpenderetis, in illis res adeò uiles & humiles exequentibus diligentiam sanè tantā deprehenderetis, ut istae domus, quae à nullis feminis habitarentur, ferarum cauernis & paradiso nequaquam (quemadmodum uestrūm quidam de eo in animo suo satis conuictus, tempore non admodum diu decurso, dicere non dubitauit) similiores esse uiderentur. De corporum uestrorum cura tractationeq; ne uerbum quidem factura sum ullum, quòd ipsamet experientia teste, uestes, & res aliae praeterea quam multae manifestum

flum faciant, quinam uiri feminas habeāt, & qui nam contra non habeant. V. Ad illud sanè quod attinet, est mebercule fatendum, uos feminas ualere quam plurimum. C. In alijs negocijs, quæ sunt his quæ dico, maiora, nos idem faciliè faceremus, siquidem per uos manum liceret admouere. V. Si uos feminae meū sequi uolueritis consilium, auctor equidem sum uobis, ut ne quicquam præter illud ipsum, hoc est, præter rei familiaris eiusmodi tractationē, suscipere tentetis. Nam, si contrà faciatis, idem uobis, quod isti calceario contigit, euenturum esse metuo. Nam cum iste propter illud, quòd statuum quandā, quia corrigiæ calceorū eius introrsum contra consuetudinē cōmunē spectarent, uituperauerat, laudatus, eandē propter aliam nescio quā corporis partem reprehendere perrexisset, tacere iussus est, quòd ad eum nullius rei, præterquam calceorū, iudicium pertineret. C. Atq; tametsi tantam, quantum tu ipse confessus es, ad uos bene tractandos operā nauemus: tamen tam parum cōtentos uos efficimus, ut nihil aliud unquam faciatis, nisi ut de nobis conquerulari, nec ullo bono uerbo nos unquam dignari soleatis. V. Tu uerò, ut ne nobis uiris illud affirmando sis iniuria, etiā atq; etiā uide: cum nos erga uos ita simus affecti, ut uos honore multò maiore, quā nosmetipsos, perpetuū prosequamur. C. Quasi uerò: qui nobis nec imperium, nec ullam aliam siue domi, siue foris auctoritatem concedatis. Illud quidem est fatendum, quòd & flos ipse iuuentutis nostræ, & pulchritudo nostra

uestram libidinem tantopere cōmoucant, ut uobis cōplacentes, & iccirco uestro permissu primas ad mensam tenentes, uerbis amatorijs quibusdam à uobis demulceri soleamus; ista uerò & iuuentute & pulchritudine præterita, quomodo nos cū uerbis tū factis tractare consueueritis, deus ipse nouit. V. Quæso abs te mirum in modum, ut sic loqui desinas, quòd nos uiros erga uos feminas tam uehementer ingratos esse posse non credam. C. De factis ipsis nihil equidem in medium proferre uolo, ne scilicet id, de quo non unicuius ita peræquè atq; nobis, constat, euulgem: uerum quòd attinet ad uerba, quomodo quæso uos ullis temporibus excusabitis? qui communi triuialiq; pro uerbo celebrari uolueritis, maritum duos tantummodo dies uxoris nomine felices & faustos habere: ex quibus unus ille sit, quo domum eius primum ingrediatur: alter uerò, quo rursus egressa, ad fossam sepulchralem deferatur. V. Ista omnia nihil aliud sunt, quàm quædam nugæ, quæ cum delectabiles & suaues esse uideantur, istarum molestiarum, quarum res huius mundi causa sunt, negligendarum faciliusq; perferendarum causa inter homines frequentari consueuerunt: qui profectò, quòd ore dicunt, id reuera cum animis suis minimè sic esse constituunt. Atq; quòd id uerum sit, inde tibi perspicere licebit, quòd & malor nostrum pars, imò serè omnes, uxores ducere consueuerimus: & ut tibi quòd adhuc amplius est, aliquid dicam, omnes isti, quotquot uxores non ducunt, peruersi uitæq; parum

parum laudatæ soleant reputari. C. Quasi uerò dicere præterea non soleatis, quòd is quicumq; unam duntaxat habuerit uxorem, coronam patientiæ: sed is qui duas habuerit, coronam stulticiæ sit emeritus. V. Illud sanè non sine ratione singulari dictum putes: cum quòd ijs præcipuè, qui liberos è primis consecuti fuerunt, nuptiæ secunde maioris mali quàm boni ferè semper efficiètes esse soleant, illudq; uinculũ amoris quod habent primæ, perrarò deinceps habeant istæ eadem secunde: tum quòd ad conuersandum uobiscum patientiæ certè quidem maxima requiratur, ideo quòd uos omnes natura sitis aliquantulum fastidiosula: & illud adeò mehercule, ut quispiam sapientum nostrorum dicere consuèrit, seminum, cum primùm ad mariti sui domum sese cõferret, una manu facem accensam ante sese præferre: significare uolens, ut opinor, eam in istam domum, in quam ingrederetur, ignem immittere. C. Ne queso te pudeat Vlysses & illud, quod alius eorundem sapientum dicebat, adiungere: altera nimirum manu, quam post sese ferret, harpagonem, qua eam domum ex qua egrederetur, expilaret, tenere. V. Ut illud aliquem ex ijs, qui abs te sapientes appellantur, ad illud occasione per malam uestrũm cuiusdam naturam præbita commotum dixisse non nego: sic iniuriam qua nostrũm pleriq; uos solent aggrauare, nolo dissimulare. Sunt uerò illi ipsi, qui sese uobis ita præbèt iniurios, homines & impij, & humanæ uitæ prorsus ignari, & id adeò certè quidem, ut mirum non sit,

eos, quantopere uos nobis utiles cōmodæq; sitis, quan-  
 tisq; e contra cum molestijs uitam nostram, si fortassis  
 auxilio uestro destituamur, peracturi simus, ignorent.  
 Ego nanq; liberè & ingenuè tibi confiteor, nos sine  
 uobis esse imperfectos, ideoq; uos semper adamare, &  
 id quamtenerrimè quidem, deq; uobis non minus atq;  
 de nobismetipsis bene existimare debere: eumq; qui-  
 cunq; contrarium committat, hominis appellatione di-  
 gnum non esse iudicandum. Atq; quantumlibet nobis  
 uideatur, naturam uos ita condidisse, ut minoris quàm  
 nos dignitatis essetis: illud tamen non aliter interpre-  
 tari nobis conueniebat, quàm ad nostram ipsorum u-  
 tilitatem sic euenisse: quia uos, siquidem eiusdem ualor-  
 ris nobiscum fueritis, tantas molestias (quantas quoti-  
 tidie nostra causa tolerantes efficitis, ut inde omnis no-  
 stra felicitas (cuius nomine uobis non minus ac ipsi na-  
 turæ, quæ uos nobis adiūxerit, obligati simus) existat)  
 in humeros uestros perferendas suscipere nequaquam  
 uolueritis. Quod cū ita sit, equidem uelim, ut ne uos  
 excrucietis, etiamsi quispiam minus consideratè illud  
 ipsum, de quo tu tantopere conquerularis, effutiuerit:  
 cū multò plures extiterint, qui uos, & id certè qui-  
 dem non sine merito uestro, laudârint, quàm uituperâ-  
 rint. Non enim defuerunt, qui nos sine uobis tam in-  
 feliciter esse uicturos, ut mortuos esse præstaret, affir-  
 mare non dubitarunt. Inuenti quoq; sunt alij, qui no-  
 stram coronam uos esse dixerunt: id quod sapientissi-  
 mi regis illius Aegyptij exemplo quodam manifesto  
 probari



probari potest. Is enim ipse, cum regi cuidam alij diuitias suas monstraret, eidem loco omnium postremo cōingem suam, uelut forum quæ possideret, omnium præstantissimum, in conspectum producebat, & scemina prudente laticiam maiorem apud quenquam reperiri unquam posse pernegabat. C. Atqui si illud sic est, quemadmodum tu dicis, qui sit igitur, quod nos à uobis, modis adeò pessimis tractamur? V. Quid igitur est tandem, quod uobis à nobis fieri uelletis? C. An igitur illud ipsum tibi iamdudum non dixi? ut nimirum nos tanquam uitæ uestre socias, non seruas haberetis, id uerò uellemus. Dic mihi quæso non nihil, siquidem potes, qualis illa sit iusticia, quæ uobis permisit, ut quasi cuiusdam longi temporis & consuetudinis præscriptione uobis uestre libidini satisfacere licere putantes, idem nobis religioni esse debere uelitis: qui nobis, ad id quod uos ipsi uel quotidie perpetrare soletis, euitandū, honoris amittendi periculum, quasi frenum quoddam in os inieceritis? Annōn itaq; uos, uos inquam, toti cuidam familie ignominie labem aspergitis, cum uestris appetitionibus tam liberè indulgeatis, ut nos multò magis atq; uos, non tantummodò per ardentissimum illud, ea quæ nobis uetita sint, committendi desiderium, uerumetiam per execrabilem, necnon insatiabilem illam uestram importunitatem quasi stimulari, dicere nō erubescatis: & postea quàm nobis honor ille noster per uos ereptus est, tam uili nibiliq; pendatis, ut ne quidem osculo deinde dignas esse

statuatis? V. Sed cum hoc ita sit, quid est, amabo te, quod illum honorem uestrum non maiori, quam facitis, diligentia conseruetis? C. Illudne tu modis ullis à nobis fieri posse putas? cum uos omnes ianua istius, qua reſerata eius auferēdi uobis potestas est facta, clauem geratis? Inde quoq; fit, ut quotieſcunq; aliquam è nobis honeſtatem ſuam amittere uidetis, uoſmetipſos blaſphemare potius, atq; nos miſerrimas culpare debeatis: & id certè quidem tanto magis, quanto maiore intelligentia maioreq; prudētia uos quam nos eſſe idētitatis. V. Siquidem tu cauſam illam, quæ nos, ut illud quod dixiſti, faciamus, adducit, conſiderando perpendiſſes, non dubito quin tute ipſa rationi conſentaneè nos facere conſitereris. Nam cum tu nos ueſtro modo metiaris, inde fit, ut in illum errorem tam manifeſtum delabaris. An enim tibi iuſtum uidetur, ut uir & facultates iſtas, & honores iſtos, quos magno ſuo cū labore, magnaq; ſua cum prudentia comparauit, cuiſdam, qui ſatu eius editus non ſit, poſt mortem ſuam relinquat, necne? C. Vt quis alicui ſatu ſuo non edito talia relinquat, id uerò per iniquum mihi uidetur eſſe. V. Atqui ſi foeminis uobis, ut libidini ueſtræ ſatiſfaciatis, permiſſum ſit, quomodo quaero uir quiſpiam certus eſſe poſſit, an is qui filius eius eſſe prædicetur, filius eius reuera etiam ſit, necne? id quod ueſtra perparum certè quidem reſert, quæ eorum quæ à uobis procreata ſuerunt, curam tantam, quanta ipſis eſt neceſſaria, geratis, ita quidem, ut, quamprimùm eò uſq; ductu ueſtra

stro progressa sint, quo proprio suo Marte uictū querere sibi possint, ea deinde nō amplius agnoscatis. C. Iam quod attinet ad ipsam liberorum causam, quæ uestra nobiscum est, quæso te, cōmunio? qua iusticia, qua æquitate uos uiri erga uestras uxores utimini? qui, quātumlibet non ignoretis, curæ molestiaq; esse quammaximæ hominem edueare, cum tamen educandū nostræ tātummodò curæ committitis, et molestiæ ne quidem tantillum sentire uultis. id quod à nullis animantium cæterorum generibus ita fieri solere constat. V. Quasi uerò uos etiam effugiendarum talium molestiarum curarumq; causa liberis nutrices accersere non soleatis: quod cum reliqua similiter animantia facere non consueuerint, non admodum sanè meremini, ut sese liberi uestri postea beneficij præstiti nomine uobis obligatos debeant æstimare. C. Verum quæ est illius rei causa, si uos ipsi non estis? qui sepe numero eos ne quidem plangentes uelitis audire, tantum abest, ut aliã molestiam difficiliore eorum nomine uos tolerare uelle putandum sit. Deinde cum iam iidem ipsi sunt ætate grandes, uos ita cum illis conspiratis, ut nos sanè quamminimi pendentes, non tantummodò factis ipsis, uerum etiam uerbis offendat: cum sese filios saltem uestros appellantes, nullamq; omnino nostri mentionem facientes, et nomen, et familiam, et illud omne denique, quodcunq; habent, à uobis unis se habere gloriari soleant. V. Ut hoc ita fiat, uisum sanè fuit non sine ratione grauissima. C. Qualisnam esset illa ratio, si non

non est auctoritas ista uestra, secundum quam solam reliqua etiam facere soletis omnia? qui uos nobis ualentiores esse non ignorantes, rationes ita, quemadmodum uobis allibuerit, effingitis. V. Ratio rei talis est haec, quòd liberi nostri animam sensitiuã, & id totum propter quod homines etiam sunt, à nobis solis sint cõsecuti. C. An tu itaq; nos uobis nihil utiles esse, confirmare uis? V. Imò uos nihil omnino, quod attinet ad illud, utiles nobis esse affirmo. Diligenter enim tibi fuerit cogitãdum, quòd, quemadmodum femina per sese scetibus in utero conceptis præter animam uegetatiuam, qua præditæ sunt ipsæ quoq; plante, nihil cõmunicare possit: ita simul ad maiorem perfectionem sine uiri coniunctione adducere non queat. Hinc est, quòd natura, quæ nihil omnino frustra facere consueuit, inter plantas masculum aut planè nullum procreauit: aut, si quidem inter nonnullas saltem procreauit, illud ita fecit, ut femina sola (id quod in corno uidere licet) fructus edente, masculus ipse sterilis esse deprehendatur: ideoq; eo (quodcunq; scilicet utrilibet eorũ simile ab una tantummodò femina generatur) præter animam uegetatiuam (quam ipsi eadem femina comunicat) alia re nulla prorsus indigente, fit, ut ipsis, quò more coniugali inter sese copulentur, necesse non sit. Et quòd hoc ita, quemadmodum dixi, se habeat, illud deinceps in gallinis obseruari potest: quæ quamquam per semetipsas ouum pariant, quod quidem & animam uegetatiuam habere, & ad certam quandam deter-

determinatamq; quantitatem cresceri : solere constat: efficere tamen nõ possunt, ut inde animal aliquod, pul-  
 lus nimirum gallinaceus, anima sensitiva præditum  
 excludatur, nisi cum gallo, cuius unius est proprium  
 animam eiusmodi ei quod nascitur animali communi-  
 care, consuescant. Ita uos etiam feminae per uosmeti-  
 psas aliquoties in matrice uestra carneam quandam  
 massam ( quam medici molam uocare solent ) genera-  
 tis: quæ quòd anima duntaxat uegetatiua sit prædita,  
 ad certum quendam usq; terminum augmentatur, &  
 à uobis ideo quòd animam sensitiuam, quam ( quem-  
 admodum tibi à me dictum fuit ) illi mas impertitur,  
 non habeat, perparum sanè sentitur. Itaq; si liberi no-  
 stri id quòd animati sunt, ab anima nostri sensitiva sunt  
 consecuti, & id demum quòd homines sunt, per nos  
 itidem solos adepti sunt, quid est quæso, cur nostri me-  
 ritò non uocentur? Et hæc sola scilicet est causa, quòd  
 uobis eorum deserendorum, quãdocunq; uobis ita ui-  
 sum fuerit, libera potestas concessa sit, nobis uerò non  
 item. C. Istæ uerò molestiæ, quas in illis educandis  
 exantlauimus, quo tandem præmio nobis recompen-  
 santur quæso? V. Eo nimirum, quòd, nisi uos illos  
 deseratis, perpetuò ab eis & honoremini & sustente-  
 mini. Id enim omnes liberos ita facere solitos, est ob-  
 seruatum: & quicumq; eorũ contrarium quiddam cõ-  
 mittere non uerentur, digni profectò, qui homines ap-  
 pellari debeant, ab alijs hominibus non habentur. At-  
 qui natura, qua minimè destituuntur, illis certã quan-  
 dam

dam amoris erga matres inclinationem ingenerauit  
 adeò certè quidem magnam, ut eas amore multò maio-  
 re quàm patres prosequi uideantur. C. Quasi uerò  
 nos animalia quoq; cum illos ipsos, tum maritos etiam  
 nostros quam uehementissimè diligere non consue-  
 rimus: cum nonnulla nostrum sint inuenta, quorum ista,  
 quòd mortem ex sese procreatorum cognouissent, ipsa  
 quoq; morte repentina sint correpta: hæc uerò mari-  
 tos suos uitam efflare conspicientia, uitam quoq; suam  
 proprijs suis quasi manibus eripere sibi nõ dubitârunt:  
 sibi nimirum neq; sine uiro uiuere diutius licere, neq;  
 cum pluribus ac uno coniugalem societatem contrahé-  
 re sese decere iudicantia. V. Ea sunt acta quedam  
 talia, ut quantumuis prima fronte uideantur esse di-  
 gna, quæ laudem aliquam mereantur, quia uel ab amo-  
 re, uel ab animi magnitudine proficisci censeantur,  
 reuera tamen multò potius ab aliqua stulta nascuntur  
 insania, uel à pusillanimitate profectò. Illud enim  
 quòd solitaria uiuere sese non posse uerita sint, quid  
 sibi uult aliud, quàm ut insaniam quandam declarat?  
 cum natura, quæ semper id quod melius est, in rebus  
 omnibus operari solet, procul omni dubio fuisse ordi-  
 natura, ut, siquidem id magis è re coniugatorum fore  
 iudicauisset, & uxor & maritus uno eodemq; tempo-  
 re ex hac uita discessissent. Sed ut uerborum longio-  
 res anfractus omittamus, uelim mihi dicas, an & tuæ  
 nature pristinae restitui, & unà mecum rursus in Græ-  
 ciem te conferre cupias, necne. C. Ego uerò id me  
 non

non uelle planè dico, ideo quòd nullis omnino modis  
 eò me adduci passura sim, ut femina rursus efficiar.  
 Atq; tu sanè, an ratiocinationes istæ, quas in medium  
 protuli, rationi consentaneæ essent uel non essent, me-  
 ritò quidem perspicere debueras. V. Istæ quia mi-  
 hi rationabiles esse non uideantur, ea scilicet est cau-  
 sa, cur denuò te nunc interrogem. C. Tibi certè  
 quidem sic dicere facillimum est, quòd hæc res ad te nò  
 pertineat, cum tu, si hic sis ubi ego sum, aliter sanè sen-  
 surus esses. Nam, quales demum cunq; sint istæ meæ ra-  
 tiones, id scio pro certo, quòd quandiu cerua perman-  
 sero, non minoris auctoritatis, quàm meus est maritus,  
 ego quoque futura sim: quòd item non minorem foras  
 egrediendi facultatem, quàm is ipse habet, ego simili-  
 ter habitura sim: quòd deniq; hinnulos meos non tan-  
 to cum dolore, cum quanto, si quidem femina essem, li-  
 beri mihi forent pariendi, sim paritura. V. Quasi  
 uerò uos etiam ceruæ parientes & molestias & dolo-  
 res instar nostrarum feminarum non sentiatis, & pur-  
 gatione non aliter ac eadem nostræ, demiceps opus ha-  
 beatis. C. Illud sanè sic est. sed quid tum postea? cum  
 nobis ipsa natura tantum fortitudinis impertuerit, ut  
 pärere quidem solæ per nosmetipsas ualeamus: sapien-  
 tiæ uerò tantum concesserit, ut ad certam quandã her-  
 bam, cui nomen est aræ; nostræ pristinae sanitatis recu-  
 perandæ causa depascendam nos cõferamus. V. An  
 deinde molestias ad uestros foetus educandos non æquè  
 magnas, atq; nos educandorum nostrorum gratia su-  
 scipimus,

scipimus, uos quoq; suscipere cogimini? C. Ee pro-  
fectò cū uestris illis collatæ paucissimæ sunt: ideo quòd  
nostri non tam multis rebus atq; uestri opus habentes,  
paucas sanè molestias nobis exhibeant: & istæ pauca  
quas facessere consueuerunt, insuper instinctu ipsius  
naturæ, quam in omnibus nostris actionibus ducem ha-  
bemus longè certissimam, nobis ne tantillum quidem  
difficiles esse uideantur: unde fit, ut uobis à natura con-  
tinuò duci non solitis, eæ uideantur esse grauissimæ.  
Quæ cum ita sint Vlysses, equidem suaseram tibi, ut ab  
instituto tuo, me, ut femina rursus effici uelim, persua-  
dendi, desistas. Ego namq; cerua permanens multò ma-  
gis & contentè & liberè etiam uiuo, quàm tum facie-  
bam, cum femina adhuc essem. Non autem diffiteor,  
me, siquidem statum hunc rursus cum alio quodam cõ-  
mutare debeam, in humanam creaturam multò liben-  
tius ac in ullum aliud animal commutari uelle: qua in-  
re te mihi fidem facillimè adhibiturum puto, si cogites  
saltem, quòd quotiescunq; tempus mei sætus edendi ap-  
petijt, diuerticula per feras alias effecta, multò accu-  
ratius, quàm uias hominum pedibus expressas, effuge-  
re uitareq; consuërim. Abi igitur Vlysses, & uiam tuã  
rectã proficisci perge. Ego enim, quòdcunq; uitæ mi-  
bi restat, per syluas illas diuagando consummatum me  
cõferam: quòd, quia sic, ut interim feminam rursus ef-  
fici necesse mihi non fuerit, loquendi facultatem obti-  
nuerim, non ipsos quidem deos, at solos homines inui-  
dia sim profecutura. V. Ego uerò non uolo cerua,  
ut in



ut in ista tua opinione persistas adeò pertinaciter, sed ut potius consideres, homines multò plus quàm uos animalia intelligere: quod ut ita studeam tibi persuadere, facit amor ille, quo te, quòd è Græcia mea sis oriunda, prosequor, unicus: utilitas autem mea priuata planè nulla. C. Vos quidem, quandiu uobiscum conuersamur, semper ita dicitis: eo tamen non obstante, miseris nos sub uobis subiectas usq; detinetis. V. Est tibi deinde quoque perpendendum, quòd ea tantummodò de causa, ut animi tui sententiàm mihi posses explicare, loquendi potestatem Circe tibi restituerit. Ipsa nanq; quemadmodum non uult, ut ego Græcorum in animalia commutatorum quenquam rursus in hominem conuertam, nisi solos eos quicumque uoluerint: ita solis ijs qui & homines fieri & manere uelint, loquendi potestatem retinere posse concessit: adeò quidem, ut si cerua diutius permanere uelis, loquendi facultatem amplius retentura non sis: cum tu tamen loqui posse, ut satis euidenter uideris significare, donum putes existimandum esse maximum. C. Id mihi euenturum si certò scire possẽm, equidem nescio quid de me fieri permitterem. V. Dij boni, an igitur id credere non potes, quæ planè scias, ceruas loqui solitas nõ esse? C. Sed quid emolumenti inde percipere me posse putem, quantumlibet loqui possim? Nam quatenus inter ceruos in posterum uictura sum, opus mihi certè nõ erit, ut humana uoce sim prædita: cum nos modos alios, per quos nobis inuicem nostram necessitatem declarare

I      possimus.

possimus, habeamus, eosq; & adeò paucos & adeò raros, ut nobis negocij mehercule perparum facessant. Alios igitur, in quos istud oblatum conferas beneficiũ, quære mi Vlysses, quòd ego in hoc uite genere perparuo perseuerare dechrerim.

## DIALOGVS SEXTVS.

Vlysses, Leo.

**Q**Uæ nam causa sit, cuius respectu natura (quæ nunquam errare solere, uulgò dici solet) effecerit, ut inter humanum genus femina à masculo tantũ differret, quantum eã ab ipso differre constat, equidem scire non possum. Quòd si aues spectatum consideratumq; me conferam, unam non minoris, aut adeò certè parum minoris, ut animaduerti quodãmodò non possit, quàm aliam ualoris esse comperiar. Nec enim quisquam cogitet, semellam aut tantillo plus ouis incubare, quàm masculus eis incubet: aut in pullis, qui tandem aliquando exclusi fuerint, enutriendis molestiarum uel pauillo plus quàm hic suscipiat, illam nelle suscipere. Idem ipsum similiter in cæteris animalibus tam terrestribus quàm aqueis obseruatur: ideo nimirum, quòd, quemadmodum dixi, tanta uirtute tantaq; fortitudine, quanta masculus est, ipsa femella sit. Inter homines uerò: femina ualore fortitudineq; uiro est adeò minor, ut istæ uirtutes, quæ in hoc apertissimè relucet, in ipsa uel omnino non insint, uel si  
fortassis

fortassis insint, adeò sint imperfectæ, ut animaduerti difficilimè sanè possint. Dolcant itaq; feminae de natura, quæ tales eas effecerit, non autem de nobis, si quidem ipsis uideatur, quòd à nobis pro nostris ancillis potius quàm uitæ socijs reputentur: ideo quòd id ipsum ex nostra neq; fortitudine, neq; tyrannide profiscatur, sed ex eo solo, quòd illæ ipsæ sint animi tam mirabiliter angusti, ut sese sine nobis uitam traducere non posse metuentes, imperioq; nostro sua se sponte subijcentes, sub iugo uirili libèter subesse uelint: quas, si quidem illarum animus cum illo nostro uel nobilitatis uel ualoris eiusdem esset, nos nullis omnino temporibus in officio retinere possemus. Itaq; mirum nō est, quòd ista, qua cum collocutus ego sum, illam ceruæ naturam cum humana rursus commutare non uoluerit, quæ se feminam rursus, & ita seruam (qua una re alia nulla grauior & molestior illi quidem, qui reuera homo sit, possit accedere) esse oportere perspiceret: cum, si cerua permaneret, in summa libertate, re tanto però delectabili, ut alia præter unam illam nulla maior esse posset, sese uicturam non ignoraret. Igitur in eo totus ero, ut id beneficium, quod ei noxium uidebatur esse futurum, in alium quendam, cui fructuosum sit, conferre queam. Et fieri sanè potest, ut talis aliquis in istis leonibus, quos huc ad me uentre cōspicor, inueniatur. Verumenim uerò quid agam? Quis enim scit, an mihi illis aliquas molestias exhibenti nocituri sint, nè che? id quod illos nec ulla molestia à me grauatos, nec ulla sa-

me stimulos minimè facturos esse, certò scio. Et quamquam Circe mihi dixerit, quòd animal planè nullum, qualecūq; demum in hac ipsius insula uagetur, metuerede debeam, facere tamen aliter non possum, quin ex istorum leonum conspectu maximè formidoloso & terribili quodam metu concussus cohorrescam. Verum tamen cum nō ignorem, quanto amore Circe me prosequatur, uerbis illius equidem confusus animosè bestijs obuiam prodibo. Heus uos leones, heus. Cum per id, si mecum sermonem conferatis, fieri fortasse possit, ut uos natura uel in illa uestra specie sine molestijs ullis conseruet, uel alius aliquis in aliam quandam, quam uos maximè desideretis, conuertat, dicite mihi, rogo uos, an hic inter uos aliquis sit, qui, quandiu fuit homo, Græcus extiterit, necne. Si quis, inquam, talis inter uos hic adsit, is illud mihi benignè confiteatur, oro. Nam si quis hic sit, qui Græcus aliquando fuerit, iam uerò desideret, ut & in hominem denuò transformetur, & in patriam suam reuertatur, is hodierno die in illum, qui solius amoris, quo suos populares prosequitur, respectu, & unum & alterum ut uelit, ita quoq; prestare queat, incidit. LEO. Græcus equidem fui: qualem te quoq; fuisse dubium non est, si saltem ista, quam tecum colloqueris, tibi naturalis est lingua. VLYS. Et Græcus ego sanè sum, & mihi nomen est Vlyssi: si fortassis illud ipsum, quoad homo fuisti, ad aures tuas aliquando fama & auditione peruenit. L. Sepisimè uerò, & id sanè nō tantummodò tum, cum in Græ-

cia

cia adhuc essem, uerumetiam postea, in locis alijs ad quæ nauigando perueni quam multis. Sed, amabo te, dic mihi, an arti militari ( propter quam solam credo tui famam non tantummodò per uniuersam Græciam, uerumetiam per ipsum totum terrarum orbem percrebuisse ) ualedicto, huc ad nos aut sponte tua accesseris, aut per fortunam potius, non aliter ac ego, fueris isthinc huc appulsus. V. Eius quòd huc accessi, non equidem fortuna, sed ipsa mundum perlustrandi cupiditas est causa. Nam cùm populis illis omnibus, quos Græcia nostra sibi habuerat infestos, deuictis, nihil amplius haberem, quod ad gloriam laudemq; mihi comparandam gerendum susciperem, nauigationi me dedi. L. Tua uerò Penelope, cuius honestas uniuersæ Græciæ exempli cuiusdam loco semper erat, an adhuc in uiuis est? V. Est: indeq; contigit, ut desiderium illius unà cum cæteris amicis, ipsaq; adeò patria, reuidende tantopere me urserit, ut et domum meam redeundi, et uos omnes, si illud ipsum dūtaxat approbaretis, cùm rursus in homines transformandi, tum uerò mecum deducendi potestatem à Circe ( quæ fortassis amore non minore quàm mea Penelope me persequitur ) postulârim, adeoq; impetrârim, idq; eo solo, quo uos meos populares complector, amore commotus. Et ista scilicet est occasio, qua adductus, ecquis hîc inter uos Græcus esset, interrogauit: mihiq; non parum sanè gaudeo, quòd, quia tu te Græcum esse confessus es, in te tantum beneficium conferendi facultatē

uidear adeptus. L. Quamuis usuueniat interdum, ut ab eo qui tibi benefacere nitatur, offendaris: eidem tamen te, animi illius bonitatem, & non ignorantiam rusticitatemq; tuam respicientem, non parum obligatum esse, confiteri decet: ideo quòd unius bona uoluntas laude, sed alterius natura sit digna uituperio. Illud ego nunc imitaturus, mi Vlysses, tibi de tua beneuolentia erga me uoluntate gratias agam: donum uerò quod offeres, nullo modo recipiam: idq; ideo, quòd, cum tute illud ipsum mihi utile, sicq; charum futurum putes, ego tamen reuera mihi noxium, nec non inutile fore prouideam. V. Quid ita quæso? An igitur melius est seram esse, quàm hominem? L. Ita est profectò. de quo si dubitas, quendam Græciæ nostræ sapientem non nihil interroga. Id enim si feceris, illud quod affirmo, procul omni dubio sic esse concedes, & credes etiam non minus. Is enim Græcus dicere solebat, siquidē fieri posset, ut intus homo spectaretur, eum propriè uas aliquod & armarium esse, à natura propter id fabricatum, ut in eo omnia sua mala reponeret, constaturū. V. Atqui propter illud homo semetipsum potius culpæ sanè debeat, quàm naturam: ideo quòd ille sæpe numero appetitui suo nimis obtemperando, tali modo corporis sui proprij constitutionem corrumpat, ut illa mala sponte sua sibi conquirere omnia uideatur. L. Enecas me Vlysses. Nec enim ego de malis corporis uerba facio, sed de illis, quæ propria sunt animi, & istis sanè multò grauiora & periculosiora statuenda. V.

Equi-

Equidem molestius aliquantulū fero, quòd illud ipsum te tam præmeditatè audiam dicentem. Nam cum corpus illud nostrum non sit aliud quicquam, nisi uehiculum quoddam, quod animam illam nostram uehat, si quidem illud infirmum sit ac debile, fieri mebercule aliter non potest, quin hæc aut non perfectè suas actiones exequatur, aut si exequatur, maxima certè quidem cum difficultate exequatur. L. Per malas istas corporis ipsius dispositiones, animi actiones impedire solere, non equidem negarim: illud uerò, quòd & infirmitates animi plus noceant homini, quàm corporis, & quòd istæ quæ nascuntur ab illo, multo peiores sint atque periculosiores, quàm eæ quæ proficiuntur ab hoc, affirmare non dubitarim: & ad id quidem approbandum ut macerem me, quid opus est? Quis enim erit, qui illas infirmitates his multò peiores & grauiores esse neget, cum in hominis parte & meliore & nobiliore sint? V. Quamuis animum corpore multò nobiliorem esse ignoro: tamè cum animus sine corpore nihil omnino queat operari, unius malum non minus quàm alterius nocere dicendum profectò putarim. L. Quòd si tu uidere uelis Vlysses, ipsa mala corporis multò minus esse periculosa, quàm sint illa quæ sunt animi, id facilimè perspicias inde, quòd unusquisque uel per malum uultus colorem, uel inordinatam quãdam ipsorum pulsuum commotionem, uel debilitatem, modosq; alios plures fortasse quàm sexcentos illa non modò cognoscat omnia, uerum etiã quamprimùm

cognouerit, eorundem curandorum quærat remedia: cum hæc interim, quæcunq; sunt animi, nobis sæpenu-  
merò tam ualde imponant, ut non modò rationes, per  
quas ab illis liberemur, nullas ineamus & queramus,  
uerum etiam ea potius in bonis nostris numerare solea-  
mus. Ex eo deinde nascitur & miseria, & continua  
inquietudo nostra: quinetiam non rarò ipsa & patriæ,  
& amicorum, & liberorum, & facultatum, & ho-  
ourum denique amissio: quæ præterea consequun-  
tur alia mala prorsus infinita, cum interim, quod atti-  
net ad illa mala, quæ corpori queant euenire, nullum  
peius esse putandū sit, quàm sola mors: quam simulatq;  
quomodolibet id exigente necessitate subiueris, quid  
est, quo deinceps opus habere te putes? Quòd si uos  
inter mala corporis omnium pessima numeranda uul-  
tis esse illa, quæ ægrotati sensum rerumq; cognitionem  
consueuerunt auferre, qualia sunt lethargus, phrene-  
sis, morbus caducus, aliq; generis eiusdem: animi uerò  
mala faciunt, ut quisquis ex illis ipsis laboret, ea nō co-  
gnoscat: annōn sunt illa sola omnium grauissima pu-  
tanda? V. Aliter profectò facere non possum, quin  
illam rationem longè uerissimam esse confitear. L.  
Malè aliquoties habere, à medicis ipsismet esse conces-  
sum non ignoras, ideo quòd illud ipsum natura sic re-  
quirat: atqui si homo tam uehementer ægrotet, ut sese  
sanum non esse, ideoq; medicamentis opus habere non  
intelligat, id uerò neminem medicorum probare sole-  
re, certò certòq; scio: ea nimirum de causa, quòd si quis  
intelli-



intelligat sese remedijs opus habere, id signū sit, quòd malè habens sanitatē ualitudinēq; suā recuperaturus sit, longè optimū . In animi uerò malis idem ipsum itidem fieri nō potest: ideo quòd is, quicūq; talibus est aggrauatus, rectū de sese iudiciū facere non queat, cū ipsomet malū in ea parte, quā eiusmodi iudiciū muneris sui ratione facere decebat, sitū sit. Quæ omnia cū ita sese habeāt, sequitur prosecō, cunctorū malorum, quibus homo obnoxius esse possit, maximū esse oportere stulticiā: quòd is, quicūq; ex ea laborat, illam nō cognoscat: cū uerò nō cognoscat, inde fiat etiā consequenter, ut ab eadem ipsa sui liberandi causa nullis temporibus remedium quærere conetur. V. Idem ipsum similiter ebrijs usuuenire solet, qui prius ebrietatem suam animaduertere non possunt, quàm sumi isti, quales è uino potu procreati, loca ea, in quibus sensus interiores, suas actiones efficere necessariò solent, impediūt, rursus euauerint: adeò quidē, ut eo tempore durante sese rectissimè agere putātes, res uel millenas acri quadam reprehensione dignissimas committant. L. Ebrietas equidem nihil aliud, quàm quædam stulticiæ species est: ut modò non dicam, quòd in quacunq; parte organa ista, quæ cognitionis instrumenta sunt, semel ingurgitatione uini corrupta fuerint, in ea communiter in perpetuum corrupta soleant manere. Verum enim uerò, qualēnam eius, quòd nimirum animi mala corporis malis grauiora sint, signum uis aliud, præter id, quòd neminem planè sis inuenturus, qui, quod atti-

net ad corporis mala, febrim, sanitatem: tabem, bonam  
 ualetudinem: podagram, itidem bonam iuncturarum  
 uocet dispositionem: sed si illa animi mala respicias,  
 multos omnino sis animaduersurus, qui iram, fortitu-  
 dinem: amorem lasciuum, amicitiam: inuidiam, emula-  
 tionem: timiditatem deniq;, diligentiam nuncupare nō  
 uercantur. unde fieri præterea deprehendas, ut isti me-  
 dicum & querant & ament, hi uerò & fugiant, & o-  
 dio etiam prosequatur reprehensorem. V. Proh san-  
 cte Iupiter, quantorum malorum in mundo gignen-  
 dorum efficiens est illud ipsum, quòd uitia pallio uir-  
 tutis tegi, resq; tales, quæ reuera nihil aliud nisi uitupe-  
 rium & contentum maximum merentur, sub aliquo  
 prætextu laude digno committi solent. L. Adde su-  
 perioribus istis, quòd ille, quicumq; corporis aliqua in-  
 firmitate infestatur, sæpenumerò in lectum sese cōfert,  
 ubi interea temporis, quo sibi adhibet medicinam, ali-  
 qua requiete perfruitur: & quantumuis eodem tem-  
 pore doloris eius, qui è malo quo conflctatur, proces-  
 surus est, cuitandi gratia sese in lecto uel nimis denu-  
 det, uel nimis inquietū se præstet, tamen aliquē apud se  
 habet, à quo & iterū tegatur, & ut, quoad eius unquā  
 fieri possit, à commotionibus abstinere sese uelit, admo-  
 neatur. Is uerò, quisquis animi malo quodam laborat,  
 nullam ullo tēpore nancisci potest quietem: at econ-  
 trà continua quadam perturbatione grauatus, nemi-  
 nem, qui ipsius satisfaciat desiderio, uel ipsi auxilium  
 ferat, habet. unde sanè consequitur, quòd, quemadmo-  
 dum

dum tempestas illa, quæ nauiganti, quo minus in portum peruenire possit, obstat, ea quæ eidem nauigandi potestatem præripit, multò peior est; sic animi mala, quæ miseros mortales in portum rationis intrare, in eodèq; sese firmiter collocare, nunquam permittunt, ei qui istis perturbatus est, malis corporis esse multò peiora. Postremò, siquidem tu aperte omnino uelis cognoscere, quãto animi mala corporis ipsius malis peiora sint, cogita, quòd is, quicumq; malis corporis obnoxius est, ipsa saltem mala perpetiatur: is uerò, quicumque malis animi subiectus est, eadem nõ tantummodò perpetiatur, uerumetiam committere perpetrareq; nõ ueretur. V. Illud uerò quãnam ratione fieri possit? cum omnes isti, quicumq; malè faciunt, communiter ita sese tegere consueuerint, ut quodcumq; perpetrant, id homines cæteri non animaduertant. L. Omnium omnino discordiarum, omniumq;, quotquot accidunt in uniuerso mundo, calamitatum causam nonnihil inquire, si placet, & id ipsum, quod tu sciri non posse putas, apertissimè deprehendes: ideo nimirum, quòd eas non aliunde, nisi ex ambitione, inuidia, auaricia, ira, uel ex alijs animi hominis ipsius infirmitatibus haud absimilibus exoriri solere sis cogniturus. qualia quidem tanta sunt, ut præter id, quòd homini rationis usum eripiunt, eundem continuo tam uehementer urgent, ut neque semetipsum, neq; cæteros etiam conuincere permittant. Quid? quòd è malis istis unum duntaxat ad uniuersam rempublicam, maximè si is qui ex eo laborat,

rat,

rat, gradum quendam dignitatis, nec non auctoritatem in eadem republ. obtineat, perturbãdam sufficiat. V. *Ista igitur animi mala, quæ tu malis ipsius corporis adeò grauiora periculosioraq; dicis esse, annón in uobis animalibus etiam reperiuntur?* L. *Non reperiuntur, inquam.* V. *Tu uerò uide diligenter, ne tute ipse per eadem mala tantopere fascineris, ut qualia sint, perspicere non queas. Mihi nanq; planè uidetur, quòd uel ipsa ratione suggerente eadem mala in uobis multò peiora quàm in nobis esse oporteat: ideo nimirum, quòd uos ratione, cuius unius beneficio mala illa moderari conueniebat, planè careatis.* L. *Quòd si nos ratione præditi nõ sumus ita, quemadmodum uos, qui per eandem eadem mala, siquidem non ex omni, at certè aliqua duntaxat ex parte refrenare fortasse possitis, præditi estis, nos etiam appetitum tam ualde immoderatum & tam insatiabilem, quàm uos habetis, non habemus, quæ multas omnino res, quæ uobis cognitæ perspectæq; sunt, non cognoscamus. Dic mihi quæso non nihil, quàmnam ambitionem inter nos inueniri posse queas affirmare: cum nos omnia simus equalia, nullusq; inter nos principatus, nullus honorũ gradus (qui nobis animam ad sese consequendum sic inflamet excitetue, ut siue per fas, siue per nefas idipsum fiat, parui faciamus) inueniatur: cum uos interim, quod attinet ad hoc, adeò sitis excæcati, ut, siquidem iusticia debeat uiolari, eam solius regnandi potestatis adipiscendæ gratia uiolari debere, uulgò solca-*  
tis af-

tis affirmare. Inuidia deinceps inter illa, quæ sunt unus & eiusdem speciei, animalia nullis omnino temporibus esse potest: propter eam nempe causam, quæ paulo antè fuit adducta, quòd omnia inter ipsa sint equalia. Inter ea uerò quæ diuersæ speciei sunt, inuidia multò minus locum habere potest, cum alia aliorum felicitatem non perspicientia, de illa iudicare non queant. Præterea cum proprium nihil inter nos habeamus, nullumq; è nobis distinctum quicquam ab eo quod possideat aliud, sibi uindicet, auaricia & ita consimiliter alia crimina quam multa locum certè quidem non habent illum: quæ crimina inter uos homines efficiunt, ut uita uestra adeò sit infausta, ut quidam in Græciæ nostræ sapientibus, hominem inter animalia omnia, quoad miseras & mala tantummodò principatum tenere, aliquo tempore pronunciare non dubitârît. V. Age uerò, fingamus illud, quòd nos malis quam multis, à quibus uos libera sitis, infestemur, uerum esse: at etiã bonis multis, quorum uos indigetis interim, nos ecõtrà perfrui solemus. L. Qualia te quæso sunt ista bona? V. Bona quæ dico, sunt uirtutes ipsæ. L. Ego uerò, mi Vlysses, quamuis illud permirum tibi uisum iri sciam, si dicam quod sentio, dicere tamen non uereor: id nēpe, quod inter uos nulla uirtus esse possit, quin eadē multò maiorq; & perfectior inter nos inueniatur. V. Equidem nihil abs te fieri mallē, quàm illud ipsum mihi demonstrari. L. Ac ego sanè cum nihil aliud nisi illud ipsum facere desiderem, ab ipsa fortitudine, dicendi

cendi summam initium. De ea tu tam mirè gloriaris, ut  
 & ciuitatum deprædatorem, & populorum subiuga-  
 torem nominari te facias: id omninò uanè quidem.  
 Nam cum hoc tibi propositum sit solum ut uincas, &  
 siue dolis fraudibusq; siue non, uincas, perparum sanè  
 cures, & ipsum uincere tibi satis esse cogitans, nomine  
 sagacitatis & astutiæ te pallies: quis quæso non uidet,  
 id ipsum, quod tute fortitudinem uis appellare, in te es-  
 se maliciam quandam longè uitiosissimam? V. Ne  
 me offendas, mirum in modum te rogo. L. Id quod  
 dico, non ita à me dici putes uelim, quasi tibi uni dictū  
 uelim: adeò quidem, ut, si te per me offensum rearis, id  
 abs te mihi condonari rogem. Scio bene, quòd uos  
 ipsum uincere, quocunq; tandem modo uincatur, lau-  
 dabile quiddam esse putetis. Id quod inter nos non est  
 ita. Hinc enim uidere tibi liceat, omnes illas pugnas;  
 tam eas quas contra nos ipsa, quàm quas cōtra uos sus-  
 cipimus, sine dolis sincq; ulla fraude nos committere  
 solere non solum, uerumetiam unumquodq; nostrūm  
 propria sua tantummodò fortitudine necnon efficaciā  
 commotum, nulla uerò lege (cū nullis omnino legi-  
 bus, quarum causa, si non faciamus, uel pœnam, uel ul-  
 lam metuere cogantur ignominiam, subiecta simus)  
 adactum, illas saltem quæ sibi factæ sint, iniurias uindi-  
 care conari. V. Quis uerò me poterit docere, quòd  
 illud ipsum non potius ira quædam sit, quàm fortitu-  
 do? L. Modus ille ipse, quem pugniātia solemus ob-  
 seruare: quia uidelicet unumquodq; nostrūm ab ini-  
 mico

amico suo sese nunquam superari permittens, & omni  
 suo robore, quodcunque ullo modo exerere potest, ad  
 extremum usq; vitæ spiritum, sine ullo timore, sineq;   
 ullo uel poenarum, uel ipsius adeò mortis periculo re-  
 sistens, emori confligendo, quàm uinci malit alij ceden-  
 do. Atq; cum suo aduersario nulla re quicquam con-  
 cedat, animo certè quidem id ipsum præcipuè non fa-  
 cit. Ac illud mehercule per id euidenter ostendit, quòd  
 nullis precibus effusis ei supplicare, multò uerò minus  
 ullis luctibus miserandisq; gestibus adhibitis, eundem  
 aduersarium suum ad misericordiam commouere con-  
 stituat. Idem præterea sic innotescit, quòd, tametsi suc-  
 cumbamus, ideo quòd semper uincere, non datum sit  
 unicuiq; nos tamen sæpenumero potius emori sponte  
 nostra sinamus, quàm uiuere uelimus. Iam si rem pe-  
 nitius adhuc introspicere uolueris, nunquam mehercu-  
 le deprehendes, quòd, ut homo alius, nihil omnino cu-  
 rans, siue propter id uilis & timidus, siue non habeat-  
 ur, homini alij perlibenter in seruitutem se dedit: sic  
 alius quoq; leo alij leoni, alius ceruus alij ceruo, itidem  
 uedit inseruire. Hoc uerò unde quæso nascitur, si ex a-  
 nimo nostro prorsus inuictò fortissimòq; nõ nascitur?  
 id quòd tum uel imprimis euadit manifestum, quando  
 nostrum non pauca per uos capta, & famem & sitim  
 patienter tolerando multò citius uitam cum morte cõ-  
 mutare, quàm inter uos homines conuersari uelint,  
 mortem ipsam seruituti magna cum alacritate præpo-  
 nentia. Hinc est, quòd uos, si quòd nostrum curare  
 uelitis,

uelitis, illud ipsum è pullorum nostrorum adhuc par-  
 uulorum numero auferatis: qui quidnam faciant, dum  
 ignorant, dumq; per uanas uestras illecebras decepti,  
 domi uestræ cibari sese permittunt, cum istam animi  
 magnitudinem, tum corporis quoq; fortitudinem, quæ  
 ipsorum generi conueniebat, unà cum omni libertate  
 perdunt: ideo nimirum, quòd ista omnia ipsis astutè  
 callideq; per uos eripiantur. Verumenimuerò si de  
 hac quæstione tibi nondum satisfactum uideatur, no-  
 bisq; naturam fortitudinis multò plus atq; uobis con-  
 ceßisse, alijs insuper aliquibus rationibus demonstra-  
 ri uelis: considera tantummodò, quòd eadem nos ita  
 creauerit, ut ad molestias & incommoda perferenda  
 multò patiētiora simus atq; uos. Et id quidem non tan-  
 tum de masculis, uerumetiam de femellis intelligi ue-  
 lim: quia eas cum ad semetipsas, tum foetus suos contra  
 iniurias defendendum natura toties nominata condi-  
 derit non minus aptas, quàm masculos ipsos: id quòd  
 tute ipse non potes ignorare, qui nimirum creberrimè  
 tuis oculis aspexeris, quòd equa equo, cerua ceruo, nec  
 animi magnitudine, nec ipsius etiam corporis fortitu-  
 dine quicquam concedentes, ita nequaquam faciant,  
 quemadmodum uestræ faciunt uxores: quæ, dum uos  
 ad res humanis usibus necessarias comparandum &  
 marinorum uentorum molestias nauigandis toleratis,  
 & ad bellorum aliarumue rerum pericula subeunda  
 cursitatis, ad luculentū quendā focum ociose stantes,  
 calefaciēdo recreare se solent. E' quibus rebus omni-  
 bus



bus facillè iudicare potes, quòd uirtus illa quam fortitudinem uocatis, multò magis inter nos bestias, quàm inter uos homines deprehendatur: adeò quidem, ut ego tibi dicere non uerear, illud ipsum, quod uos fortitudinem nominatis, fortitudinem reuera non esse, sed quandam potius timiditatem cum prudentia coniunctam: ideo quòd uos nec ulli unquam periculo uos exponatis, nec ullum unquam malum perferatis, nisi maius aliud aliquod ita uos effugituros esse speretis. Quisquis autem molestiam aliquam molestiæ maioris alicuius effugiendæ causa suffert, is timidus, & non fortis appellatur: adeò quidem, ut uos ipsam naturam, quia uestrum corpus non ita, quemadmodum nostrum, unguibus, dentibus & deniq; cornibus armârit, accusare non debeat, qui uobis per semetipsum omnino debilitatis et arma et animi fortitudinē quâlibet eripiat. V. Pro uerbo dici consuevit, quòd omnis, cui non contradicatur, in lite superior euadat facillimè. Non igitur est mirum, leo mi, quòd tu quoq;, cui ad hoc usq; tempus nihil omnino contradixi, feras homine fortiores esse, conuicisse tibi uidearis. Atqui ne tibi persuadeas uelim, quòd propter id ad istam opinionem tuam sim accessurus. Dico enim, quòd illa ipsa sit longè falsissima, & quòd nō inter belluas, sed inter solos homines fortitudo uera deprehendatur. Et ut id quod ego dico, ipsissimam uideas esse ueritatem, fortitudinem nihil aliud esse, nisi mediocritatem quandam inter audaciam & timorem, utilis & honesti causa rationabiliter deter-

K

minatam,

minatam, tibi etiam atq; etiam notandum est. Atqui cum uos bestiae cum eo iudicio, quod istiusmodi mediocritate reperta perficiat, ut nec istis rebus quibus est confidendum, nimium confidatis, ne scilicet audaciae uicio laborantes, inconsiderate prorsus in quoduis periculi genus incidatis: nec id quod est timendum, nimirum timeatis, ne adeo timidae, ut unaquaeque res timorem uobis incutiat, efficiamini: plane sitis destituta, tum deinceps ipsa ratiocinatione quoque, unde id quod utile et honestum sit, intelligentes, eius unius ratione uos periculis exponatis, non sitis imbutae, ideo nimirum, quod quicquid agitis, id uel unius utilitatis, uel oblectationis cuiusdam, uel, quod sane uidetur esse uerisimilius, iniuriae uobis illatae rursus ulciscendae causa, duntaxat agatis: quomodo quae so fieri potest, ut inter uos ipsa uera fortitudo sit? Id enim fortitudo non est: quod quicumque pericula, quantumlibet maxima, uel ira, uel oblectatione, uel ignorantia denique subit, ille non fortis, at bestialis potius et stultus est existimandus. Iam uos, quales et res sint, timeri quae debeant, multo uero magis, quales et res sint, quibus merito confidi possit, ignoratis. L. Tu nobis intelligentiae perparum sane tribuis: cum nos id, quod timeri debeat, ipsummet esse malum, credas ignorare. V. Quanquam uerum sit, illud quod homo fortis timere debeat, res malas esse: tamen id ita uerum est, ut cunctas illas, quae reuera male sunt, eum timere non oporteat. Ex illis quae timeri debent, infamia, paupertas, aliaeque sunt his non absimiles nonnullae:

nulla: quales si quis non timeret, is summo iure stultus haberetur, reprehensionemq; non mediocrem mereretur. Cæteræ uerò, quæcunq; cum utilitate simul & honestate coniunctæ sunt, tametsi uel omnium pessimæ uideantur esse, minimè tamen timeri debent. Quamuis igitur is, quicumq; mortem ( quæ rerum malarum omnium maximè sit horrenda, quòd ipsius nimirum uitæ sit finis ) nō pertimescit, meritò dicatur esse fortissimus: ideo quòd utilis & honesti gratia rem nullam, quantumuis ea uel maximè horrenda pessimæq; uideatur, timere teneatur: interim tamen non sequitur, eum mortis cuiuscunq; gratia timere non decere. Homo enim quicumque rerum uel ipsa natura, uel in maritima navigatione, alijs' que negocijs non dissimilibus auctore fortuna contingentium aliquo timore corripitur, is iccirco non desinit esse fortis. Quisquis igitur illam ipsam mortem, quæ fuerit honoratissima ( qualis est illa, quæ in militia & honestatis & patriæ defendendæ causa appetitur, tantiq; aestimatur, ut omnes populi honores particulares illis omnibus, quotquot eiusmodi morte moriantur, decrerint ) appetuerit, is reuera uir fortis est habendus. L. *Dis boni*, quis est quæso, qui minore quàm nos animalia mortis appetendæ causa timore percellatur? Id enim is, quicumq; & pugnas nostras, & quàm fortiter, quoad usq; ualeamus, nullius unquam rei timore, nobis ob oculos obuersante, concertare soleamus, considerârit, perspicere sanè potest. V. Siquidem uobis uideatur,

quòd concertantia mortis causa nihil timeatis, illud ipsum nec honestatis, nec utilitatis etiam ratione fit: sed ideo fit, ut aut eas quæ uobis illatæ factæq; sunt, reprimatis iniurias, aut uos ipsa, cæue quæ sunt è uobis procreata, defendatis, aut deniq; res aliquas id genus alias obtineatis. Inde uerò non magis ac isti, quicumq; inter nos uel amoris, uel paupertatis, uel alius cuiusdam rei, ijs quæ commemoratæ sunt non absimilis, qualis tamè è uobis culpa uestra non existat, mortem subeuntes, nõ fortes, at potius natura timidi uocantur, ut fortia nominari debeatis, mereri potestis. Res enim uel molestas euitare conari, uel ipsam quoq; mortem, miseriæ malicie cuiusdam declinandi causa, & non ideo, quòd id ipsum facere honore dignum uideatur, eligere, ab animi effeminatione nascitur, ab ipsa fortitudine nullo modo. L. Quasi uerò nos res formidandas et horredas non stoccifiamus: quæ nos, siue pugnam inter nos committamus, siue aliud quicquam faciamus, ita, quasi nobis nullum periculũ sit propositum, gerere solemus. V. Hinc scilicet est illud ipsum, quòd uos audacia sitis, fortia uerò non item: ideo nimirum, quòd in rebus horribilibus aliqua sint, quarum causa quantumlibet aliquis expauescat, ideo tamen eum fortem non esse, dici non possit. Istius generis eæ sunt, quæ uiribus humanis superiores sunt, nimirum terræmotus, fulgurationes, & aliæ complures: quæ tamen ab homine, qui fortis est, animo firmiore multoq; constantiore, quàm ab alijs hominibus non fortibus, uulgò tolerari solent.

Quemad-

Quemadmodum enim rem quamlibet, eo tēpore, quo necesse non est, timere, uicium est, timiditas appellatū: sic etiam de nulla re & quando et quemadmodū decet timere, uiciū est, audacia nuncupatū. Nam timiditas & audacia duo sunt extrema, hoc est uicia, ideo quod uicia nihil aliud sint quàm extrema uel in defectu, uel econtrā excessu peccantia: sunt inquā duo extrema, in quorum medietate consilio rationis est posita fortitudo. Hinc est, quòd tu nunquam sis animaduersurus, homines reuera fortes ulli unquam periculo sine aliqua probabili causa exponere se solere: & id rectè quidē. Nimis enim magna foret stulticia, uitam, quæ res est omnium cæterarū preciosissima, profunderè, nisi propter occasionem quandam honorabilem faciendum uideatur. unde fit, ut si sapientes eam temerè profunderent, id iisdem stulticiæ multò maiori, quàm ullis alijs hominibus uerteretur: ideo nimirum, quòd isti, quicunque sunt sapientes, multò sint digniores qui uiuant, ac reliqui, quòd eos alijs omnibus ad alios iuuandū aptiores, & magis idoneos esse, nullus ignoret. Quod cum ita sit, inter nos nomen fortis illorum, qui uitam diuitiarum comparandarum gratia sese militiæ periculis exponunt, adhuc nemini: sed illi tantummodò, qui illud ipsum eum in finem committat, ut uel patriam suam defendat, uel pro honore proprio decertet, uel ob aliam deniq; causam laude dignam facere nō dubitet, est attributum. Nunc, quemadmodum isti, quicunq; uel propter immoderatum delectationis desiderium,

uel amorem, uel diuitiarum possidendarum causa nullum periculum reformidant, luxuriosi potius & auari quàm fortes nominantur: sic hi quoq; quicumq; uel ira, uel ignorantia commoti idem facere nō uerentur, iracundi uel temerarij per nos appellantur. Manet igitur illū tantummodò, qui uel honestæ rei consequendæ, uel inhonestæ fugiendæ gratia (id quod in uos, quæ, quæadmodum antea tibi dixi, ratione, quam huius rei iudicem esse oportebat, destituta sitis, non cadit) mortem non timet, esse fortem. L. Annōn itaque uos eos, qui ad inanem gloriolam in sua quisq; ciuitate adipiscendā legibus adacti, uitam multis periculis exponunt, fortes appellare soletis? V. Quanquam uerum sit, quòd nos eos fortes nuncupemus, & ijdem quos ita nuncupamus, tales etiam esse quammaximè uideantur, fortes tamen reuera non sunt: ideo quòd is quicumq; reuera fortis est, opera fortitudinis primùm, idq; amore uirtutis ipsius patret, & postea illud ipsum, quodcunque uult, persequatur: isti uerò uel honoris, uel utilitatis consequendæ causa faciunt, quodcunque faciunt. L. Annōn igitur isti, quicumq; militiæ non modò peritissimi sunt, uerumetiam ad eandem gerendā corpore ualentissimi, fortes à uobis appellati sunt? V. Quamuis & hoc ita sit, tamen ista fortitudo nonnihil improprie fortitudo dicta est, illisque generibus superioribus est longè peior: ideo quòd ex arte, nec non experientia, quæ scilicet alterum offendere, te uerò ipsum defendere docet, oriatur, sed ab electione recta ratione ducta, id quod

id quod de uera fortitudine dici potest, minimè omnium proficiscatur: de qua ipsa fortitudine præterea sciendum est, quòd quantumuis & circa confidentiam & timorem sese exerceat, tamen circa res terrendas & formidolosas maximè uersetur, eaq; de causa is, quicumque quod attinet ad hoc, ita quemadmodum par est, sese moderatur, multò magis ac iste, qui facit idem ipsum in rebus illis, quæ sic affectæ comparatæq; sunt, ut ipsis inniti et confidere possit, fortis dici mereatur: cum multò sit facilius, ut sese quis à uoluptatib; abstineat, quàm doloribus perferendis non succumbat. Et sanè quamuis homo fortis è multis rebus, quæ ipsi accidunt, tolerandis, maximum sæpenumero dolorem per sentit: illius tamen perferendi finis, qui scilicet est, quòd honorè sese quempiam consecuturum esse speret, tam dulcem tamq; iucundum sese representat, ut eundem & patienti & animo ab omni metu planè libero ferat. L. Ut ego tibi dicam, quòd uerum esse sentio, mi Vlysses, equidem uideo uestras illas actiones, secundum id quòd tu dicis, tantis ad sui ipsarum perfectionem considerationibus rebusq; circumstantibus opus habere, ut uos eiusmodi uel rarissimè perficere posse putem. Cum deinceps eisdem ipsis necesse sit, ut, quo perfectionis nomen consequantur, praxis uniuersalis (cuius respectu, quanto melius dicere quis nouit, tanto uerius etiam dicere putatur) opinionem sibi comparent: mihi sanè consilium non uidetur, ut tibi in re quauis huius generis accedam. Quinimò planè mihi uidetur, quòd inter

nos animalia non modò longè plus, ac inter uos homines, fortitudinis inueniatur, uerum etiam quòd nos actiones fortitudinis eiusdem proprias multò minore cum difficultate perficiamus atq; uos. Quod cum ita sit, rectè sanè feceris, si mihi, ut humanam naturã rursus expetam, persuadere desistas. Nam cum ego modis omnibus decrèrim, quòd leo permanere uelim, de tuo erga me animo bono tibi gratias ago, & abs te socios meos quæsiturus sumta mihi licentia, discedo. V. Proh deùm atq; hominum fidem, quàm parua præditus est iste cognitione: qui eatenus duntaxat actiones ipsas intelligat, quatenus à corpore, nò ab animo proficiuntur: ideoq; ea quæ nò nisi inclinationes & motiones naturales sunt, sine ulla ratione electa, actiones ab ipsa fortitudine profectas appellet. Maneat itaque bestia deinceps, & ratione careat in perpetuum. Ego uerò alium, qui hominem aliquanto penitius, quàm is qui eum ex corporea tantummodò parte mensus est, intueatur, & sic, ut homo rursus efficiatur, melius ac is ipse mereatur, inquiram.

## DIALOGVS SEPTIMVS.

Circe, Vlysses, Equus.

**M**iror equidem quid sit, quòd agas hic ita solus, quid item tecum mediteris, cum stes ad eò cogitabūdu, mi Vlysses. V. Cum loci pulchritudo, & huius umbræ suauitas causa fuerunt, ut  
hic



hic non in nihil requiescendum mihi statuerem : tum cogitatio illa, qua mecum perpenderem, quàm pauci sint hominum istorum, qui semetipsos uel norint, uel in id incumbant, ut utra sui pars nobilior sit & melior, intelligant, hic me detinuit. Ista uerò, quam dixi, cogitatio, res est ad uerum uitæ cuiusque finem (quem naturali quodam instinctu consequi desiderat unusquisque) consequendum tantopere necessaria, ut fieri planè non possit, quo ad eundem ipsum sine ea quisquam pertingat. Hinc à sapientibus, qui in multis honoratissimis Græciæ nostræ locis uixere, scriptum reperitur, Nosce teipsum. C. Vnde uerò colligere te posse putas, eorum hominum, qui norint semetipsos, esse paucissimos? V. Ex eorum uidelicet actionibus, ideo quòd, cum homines, quemadmodum non ignoras, constant è naturis duabus: una corporea & terrestri, altera uerò diuina & cœlesti: eaq; de causa, quod attinet ad illam, brutis animantibus: quod ad hanc, naturis immateriatas, ijs nimirum, quæ cœlum spectare consueuerunt, similes sint: eademq; posterior homini multò propior esse debeat quàm prior, quia pars ipsius sit melior: nihilominus tamè omnes ferè homines illa oblita & cõtempta, hanc, quæ corpus est, sequantur, hanc unam obseruent, hanc unam exornare, hanc unam, quoad eius fieri potest, feliciorum, nec non eternam magis ac illam efficere conentur. C. Quid igitur hoc sibi uult, quòd in ista tua Græcia tam multi sint sapientes, qui ad scientias & uirtutes duntaxat incumbant

bant ea de causa, ut partem illam, quam tu in illis meliorem esse confirmas, perfectam reddant? V. Esse nonnullos in Græcia nostra sapientes, qui id operantur, equidem non diffiteor: sed isti ad illos, qui bona uoluptatesq; corporis inquirunt, collati, sunt sanè perpauci: & eorundem ipsorum pars maior uirtutibus operam dant ideo, ut corpori tanto melius prospiciant: cum sperent uidelicet, ubi uirtutem quæsitam sibi compararint, multò sese facilius cōmoda uoluptatesq; corporis esse consecuturos. Quod cum faciant, equidem nec isti merentur, ut homines uirtuosi nominentur: qui uirtutem non propter illammet ipsam, & ideo quòd bona sit, sed lucri tantummodò sui causa quærant. Animi etenim nostri desiderium princeps, ueritatis cognoscendæ studium, aliarumq; rerum, quasq; suscipimus, finis esse debet, ut in ueritate per easdem perspecta, aliquando tandem conquiescamus: corporis uerò commoda, contrà quàm faciunt isti, qui nihil aliud pensi habent, nisi ut ad id genus uoluptates deliciasq; adipiscendas, unde postea omnes humanæ miseriæ necnō infelicitates oriuntur, incumbant, omnium minimè uenemur. C. Dij boni, quid audio ex te, mi Vlysses? Ego certè quidem cum animo meo cogitabam, quòd tu paruum illud tempus, quo mecum commorari uelles, istis uoluptatibus & delicijs, quibus hæc insula mea tabellulaq; & amœnula prorsus abūdat, exacturus esses: ad id faciendum si non per aliud aliquid, at certè cum per uernum tempus, quod in hoc loco perpetuum est,

tum

tum per illam summam securitatem, qua tot tantaq; animalia inter ipsa perfrui tuis oculis ipse contemplaris ( qui uideas præsertim, quòd ea quotidie sine ulla aliqua mali suspitione per hæc arbusta mea uirgultaq; tam uaria uiridiaq; uagentur, more primorum temporum istorum, quæ à poetis uestris maximoperè sunt celebrata, cum ceciderint, illis durantibus discordiam inimicitiamue in mundo nullam fuisse ) plectus & imitatus. Iam uerò perspicio, quòd totis diebus nunc ad arboris alicuius umbram super saxo, nunc ad aquas marinas stes adedò cogitabundus, & solitudinibus tã profundè uelut immersus, ut mihi quodammodò corpus animo destitutum repræsentare uidearis. Atque cum ego mihi persuadere me potuisse uisa sim, te & propter loci, illud omnino requirentis, qualitatem, & propter amorem quoq; quo ego tua te prosequor, semper letum futurum fuisse: tu tamen tuis illis cogitationibus efficis, ut uerear, ne dolorem quempiam internũ foueas, quo sine ulla intermissione grauiter affligaris. V. En uerò mea Circe, quòd & tute ipsa nullius alijs rei, præterquam corporis unius curam suscipias: idq; tantummodò des operam, ut eius uoluptates delectationesq; habeas cõparatas: nullaq; prorsus cognitione uoluptatum & deliciarum earum, quæ ex naturæ sapientissimæ arcanorum contemplatione promanant, imbuta sis: illamq; tui partem, quæ ad ipsum usq; cœlum assurrectura, inibiq; res illas diuinas contemplata, delicias, ab illis quæ terrenæ sunt, longè diuersas,

diuersas, ideo nimirum, quòd eæ quæ sunt animi, cæteris quæ corporis sunt, longissimè præcellant, perceptura esset, ad ipsum usq; terræ solum depresseris, ibidèq; continuò detineas. Ego uerò si hoc saltè obtinere possem, ut uel quatuor istorum Græcorum, quos tu, cum homines essent, in belluas conuertisti, rursus homines effectos, domũ mecum possem adducere, equidem sperarem, tantam me laudem reportaturum, tantumq; honorem ( qui tametsi res quædam caduca sit, & , ut ita dicam, mortalis, tamen inter animi bona quoq; numerari solet ) apud Græciæ nostræ sapientes obtenturum, unde maiorem oblectationem maioremq; satietatem perciperem, quàm ex ullis corporis, quas uel in hoc ipso, uel in ullo alio loco experiri queam, delicijs. C. Cum tuorum Græciæ sapientum cæteris collatorum sint adeò pauci, quemadmodũ tute ipse dicis, ista profectò gloria, quam fortasse sis consecuturus, esset per exigua: cum isti reliqui opus illud tuum gloriosum, quod perpetrauisses, agnitori non essent: qui nescirent nimirum, quanto hominis natura belluarum nature præstaret. V. Ego uerò contrarium esse futurum planè confido: ideo quòd multò sit melius, uel ab uno quopiam, qui ab alijs multis laudatus fuerit, laudari: quàm ab alijs centenis, de quorum ne solo quidem nomine constet inter mortales. C. Cur itaq; fit, ut istius desiderij tam magni compos non efficiaris? an adhuc neminem reperisti, qui cuperet, ut in hominẽ rursus euaderet? V. Neminem uerò adhuc reperi, mea

Circe,

Circe, quòd omnes isti, quos ad hoc præsens usque tempus allocutus fui, sint tales, qui quoad homines fuêre, semetipsos non nôrint, suamq; ipsorum præstantiam non considerarint, corporiq; eiusdemq; tantummodò commodis adhæserint: quiq;, quia uidetur ipsis, quòd commodorum bonorumq; ad corporis ipsius conseruationem pertinentium longè plus obtinere queant, si brutam naturam cum humana denuò non commutèt, quàm si contrà commutent, tales quales sunt, potius permanere uolunt, de illa diuina cœlestiq; sui parte ne tantillum quidem cogitantes. C. Cum numero sint adeò pauci, qui illam, quam tu dicis uos homines in uobis habere, norint diuinitatē, equidē mirandū nō esse putem, quòd adhuc neminem eiusmodi potueris peruestigare. Veruntamen si tantoperè talem quendam reperire cupis, quantoperè mihi cupere uideris, ut ab instituto tuo ne desistas, opus est: ideo quòd, quãuis illa quæ narras, tibi contigerint, uix tamen fieri posse uideatur, quin unum quendam inter tam multos, qui eiusdem tecum sit futurus opinionis, aliquando tandem offendas: quippe qui hominum ingenia non nescias esse diuersa. Ego interea temporis, dum hæc per te gerentur, abs te, tuis istiusmodi speculationibus minime delectata, digrediar, & per ualles istas pro more meo solito tempus fallam. V. Ego sanè propositum meum persequi minimè desistam. Etenim si fieri posset, ut ex eorum numero, qui quàm nobilis homo sit, et ita mereatur, ut in sapientibus numeretur (cum fru-

ctus

*ctus sapientiæ præcipuus sit, seipsum nosse) omnibusq;  
 partibus perfectus efficiatur, intelligunt, unicum duntaxat inuenirem, equidem mihi planè persuaderem;  
 me tempus haud malè collocasse: cùm unum quoddam beneficium, quod itidem in unum duntaxat hominem,  
 qui sapiens est, collocatur, multò melius reputandum uideatur, quàm alia omnia, qualiacunq;  
 demum sint, quæ uel in millenos alios, qui econtrà stulti sint, conferantur. Ecce uerò obuium mihi equum quendam per  
 quàm uenustum. ô quàm bellum animal. Natura mehercule, præterquam quòd hominem non fecerit, omnem suam in eum sapientiam contulisse uidetur. Conspectus eius adeò mihi probatur, ut eum, quisquis in illum mutatus est, Græcum fuisse desiderem: ideo nimirum, ut in illum tantum beneficium, quantum Circe mihi concessit, conferre possim. Et id adeò mirum in modum exopto, ut amplius me continere non possim, quin illud ex eo mox quæram. Equè, heus equè. si tibi molestum non est, qualis antè fueris, quàm talis, qualem te nunc esse apparet, efficereris à Circe, expleas te rogo. E. Quamdiu homo fui, Græcus equidem fui. Verùm quidnam causæ te mouet, ut istud ex me roges? V. Eum scilicet in finem id ex te rogo, ut, siquidè tua pace fieri possit, homo per me rursus efficiaris: cùm Circe mihi tantum potestatis elargita sit, ut id facere, & id quidem non solum, uerumetiam tibi ex ista seruitute liberato, uel in patriam tuam reuertendi, uel alio, quocunq; uideatur, abeundi facultatem impertiri quoq;*

quoq; possim. E. Equidem ut ista quæ diels, facias mea causa, nequaquam uolo: ideo quòd, quantum uoluptatis ex eo, quia homo essem, quãdiu homo fui, percepi, tantum sanè doloris ex eo, quia ex equo rursus in hominem commutarer, equima præsertim uita nunc explorata cognitãque, percepturus essem. V. Ob quàm uerò causam ita sentias, ex te, si molestum non sit, audire uelim. Illud enim quod asseris, humanæ rationi prorsus est contrarium. E. Ob illam uidelicet ita sentio, quòd in hoc uitæ genere res, quæ me & ad quietè pacatèq; uiuendum, & ad illum perfectionis finem, qui speciei naturæq; meæ conuenit quammaximè, consequendũ impediunt, multò pauciores inueniã, quàm tum temporis, quandiu homo eram, in eo quod homini conueniens est, uitæ genere inueniebam. V. Ut ut sit, mihi planè constat, animal esse te tale, quod auxiliij nostri nostræq; moderationis indigeat, alioquin & malè facturum, & sine nobis infelicissimè uicturum. E. Quamuis isti, quotquot per uos à tenebris educati, uestrisq; dolosis interueniētibus blandicijs illam ferocitatem, quæ ipsis est naturalis, amiserunt, sine uobis uiuere non possint: ego tamen uobis omnium optimè possum carere, qui gubernationi uestræ nunquam antehac fuerim subiectus. Vnde quoq; fit, ut uitam mihi uiuam, sicut tute ipse uides, longè liberrimã, & eò quocunq; mihi placet, securè sineq; ulla mali uel suspitione, uel timore ausim abire. V. Alãmne aliquam causam, quæ faciat ut ita sentias, habes præter istam?

istam? E. Proh sancte Iupiter. illud ne tibi satis caute se uidetur esse, quod ad eas res, quæ nostræ naturæ conueniunt aptæq; sunt, agēdas minus impeditus sim quàm uos? V. Id autem quoniam modo fieri possit, ex te, si tibi graue molestum que non esset, audirem libenter. Nam quo modo fieri queat, id ego pro ingenij mei tenuitate percipere non possum. E. Faciam Vlysses quod uis, & id quidem perlibenter. Duas esse causas, quæ & nos & uos, quo minus illud ipsum, quod cuiusq; nostrum naturæ conueniens est, operemur, impedire consuērunt, non ignoras. Ex eis una est timor earum rerum, quæ alicui nocere possint: altera est ipsa delectatio siue uoluptas, quæ eorum, quorum particeps esse cupias, participem te facit. Istæ inquam duæ res sæpissimè & nos & uos ab eo, quod agere debebamus, abducunt & abstrahunt: cum uos nimirum uoluntati uestræ, at uerò nos appetitui nostro (quæ duo omnium actionum utrorumq; nostrum principia sunt) satisfaciētes, id quod quærere debebamus, illæ deterriti, sed hac allecti quærere non studeamus. V. Quid ex eo, te precor, inferre uis? E. Ausculta me, & intelliges. E' duobus istis impedimentis unum, quod uidelicet est timor, fortitudinem, quæ non permittit, quenquam res formidolosas adeò timere, ut id quod uult non adipiscatur: alterum uerò temperātiā, quæ non uult, ut quisquam rebus ijs quæ placeant arrideantq; nimis oblectetur, & ita quicquam contra alium, quod non debeat, machinetur, nullo modo concedit, aufert



aufert è medio. Eorum uerò utrunq; nos animalia, ad  
 actiones eas quæ nobis propriæ sunt incumbentia, mul-  
 tò minus impedit atque uos homines. id quod ideo fit,  
 quia nos non minus fortitudinis quàm temperantiæ  
 multò plus habeamus atq; uos: quarum una illam ap-  
 petitus nostri partem, quam uos irascibilem nuncupare  
 cõsueuistis, ita refrenamus, ut neq; res formidabiles ni-  
 mium pertimescat, neque etiam ijs quas habet, nimum  
 confidat: altera uerò eam partem, quam uos concupiscẽ-  
 bilẽ nominatis, ita moderamur, ut neq; res eas quæ ipsi  
 delectationem possunt afferre, nimum prosequatur, neq;  
 econtrà eas quæ dolorẽ afferant, nimum fugere nitatur.  
 Quare cum nos duas affectiones istas in nobis mode-  
 ratios habeamus atq; uos in uobis, efficitur omnino,  
 ut nos eas res, quæ nostram decent naturam, multò fa-  
 cilius agamus, atq; uos illas quæ uestram. V. Si tu de-  
 monstrare mihi posses, duas istas uirtutes magis in uo-  
 bis esse quàm sint in nobis, equidem dicere non tergi-  
 uersarer, esse te ualentissimum. E. Ad fortitudinem  
 quod attinet, eius tibi demonstrandæ causa nihil opus  
 est, ut me admodum torquere debeam: ideo quòd res  
 adeò perspicua sit, ut uestri scriptores (non autem lo-  
 quor de poetis, quibus oblectãdi gratia sæpius id quod  
 in rerum natura non est, affirmare conceditur: sed de  
 historiographis, quorum officium est, ipsam duntaxat  
 scribere literisq; commendare ueritatem, uerba facio)   
 quoties hominem quempiam miris modis esse fortem  
 docere uolunt, eundem uel cum leone, uel cum tauro,

L uel

uel cum alio quodam eiusdem generis animali: contra uerò, quoties de nostra fortitudine loquuntur, eã profectò nunquam cum uestra soleant conferre. quod an aliam quæso faciunt ob causam, nisi ut ostendant, nos belluas uobis hominibus esse fortiores? V. Illud ipsum de quo tu uerba facis, potius est corporis quoddam robur quàm uera fortitudo. Dij boni, quid agam? Nam, quin iste quoque ex eorum, qui bona ad ipsum saltem corpus pertinentia spectare consueuerunt, numero sit, dubium profectò non est. E. Corporis autem fortitudo undenam quæso nascitur, si non ex ea nascitur, quæ animi ipsius est? V. Id certè quidem sic est, si talem animum, qui capax eius sit, intelligi uelis. E. Nos uerò è talium, qui animum habent capacissimum, numero sumus: quòd is in nobis perturbationibus & passionibus multò minoribus sit obnoxius, quàm in uobis. V. Quæ uerò perturbationes & passionibus sunt istæ, quibus uos animalia non tantum, quantum nos homines, sitis obnoxia? E. Omnes istæ, quæ uel à presentibus, uel aliquando tandem futuris oriuntur: cum nos omnia illa, quæ præsentia non sunt, ignoremus, cætera uerò quæ futura sunt, præuidere non queamus. V. Sed qualésnam quæso perturbationes ex ipsdem nobis oriuntur? E. Qualésnam perturbationes inde uobis oriuntur, queris? Quasi uerò tu nescias, & metum & spem illas esse: metum uidelicet earum rerum quæ tibi displiceant, spem uerò earum quæ placeant. id quod etiam leticia tristitiaq; de rebus ijs quæ præstò sunt, quæ,

quarumq; delectatione caperis, uel de ijs quæ tuæ uoluntati contrariæ sunt, concepta, satis euincit. Et hæc mediufidius animum sæpissimè tenent adedò mirè suspensum, ut ea quæ hominis magnanimi fortisq; sunt propria, peragere non permittant. Ex illis uerò quatuor, res eiusdem generis aliæ omnes, ex aliquo quasi fonte, promanant. quibus in præsentia tacito quasi pede præteritis, ad idipsum (temperantiam nimirum) quod impedimenta tollit ista, quæ, ut rectè facere nequeamus, ijs rebus, quas nobis placentes nosq; oblectantes plus omnino quàm par est, expectere solemus, effitiunt, accedamus. Tunc igitur audeas negare, nos animantes multò temperatiores esse, quàm uos homines estis? idq; non solum in illis quæ nobis placent, quæq; aliqua uoluptate nos afficiunt, uerum etiam in illis quæ dolores animiq; mœrores afferre consueverunt? V. Id uerò negare, cur quæso non audeam? cum uos à sensu multò magis atq; nos agi dicitis? soleatis. E. Sed si tu modum uitæ nostræ consideraris, uel ipsa duntaxat experientia conuincente, cõtrarium uerum esse perspicies. Atq; ego illud ipsum, si me tantisper audire uolaeris, tibi persfacilè probâro. V. Proba, si potes, bona cum pace: quòd ego nihil aliud sanè malim. E. Tu scis Vlysses, quòd temperantia, quemadmodum tibi dixi, circa animorum dolores & eorundem delectationem siue leticiam soleat uersari. Atq; cum sit multò difficilius, ab ijs quæ placent, abstinere, quàm aduersa fortuna utentes, doloribus mo-

derari, ea de re in primis uerba sum facturus. Et quoniam principes uoluptates, quibus unusquisq; afficitur ut plurimum, sunt istæ quæ ueneræ dicuntur, nos ab illis exordium dicendi sumemus. Itaq; uelim ut cogites aliquantum, an ullum inter nos animalia, quod ad eam rem attinet, unquam uideris talem quandam immoderatam designare stulticiam, qualem uos perpetuò designatis. Atq; tametsi nos quoq; nonnunquam tali cupiam desiderio indulgeamus, nunquam tamen experieris, inter nos aut foeminam ex eo tempore quo grauidam facta fuit à masculino, aut e contra masculum à foemina uel tantillum sollicitari. Nos deinde quæ mares sumus, nequaquam nos ipsis feminis ita subijcimus, ut earum serui esse uelimus: imò ne tantillum certè quidem ab auctoritate dignitateq; nostra discedentes, illis quicquam concedimus. cum uos interim uestras feminas explendæ solùm libidinis ergò tam perditè deamētis, ut uestra nobilitate neglecta, illis instar mancipiorum quorundam seruire non dubitetis. Quàm multi, quæso te, fuerunt inter uos, qui cura liberorum posthabita (quæ res est adeò uehementer impia, ut nobis, quandiu ea quæ è nobis procreata sunt, adminiculi nostri censentur indiga, eandem committendi ne quidem ueniat in mentem) omniq; & existimationis & facultatum conseruandarum studio deposito, hominum facti fuere dicteria: tandemq; ad eam redacti paupertatem, ut ea quibus ad trahendam uitam opus haberent, uilissimè undecunq; comparare cogentur. Iam de ijs, qui  
simili-

similibus animi passionibus euersi, cogitationes suas uel minimas, easdemq; tam sordidas, ut ab illis ipsa ratio debeat abhorrere, literis commendantes, libidinem suam uituperio quocunq; dignissimam, aut oratione soluta, aut numeris adstricta reliquis hominibus detexerunt, eademq; postremò de causa in mortem quandam sordidam inciderunt, dicere quid attinet? cum ad uestram profectò ignominiam libri non pauci talium rerum commemoratione sint omnino referti. Quin illud, quòd nimirum & pulcritudinem rem quampiam diuinam, & amorem, qui pulcritudinis eiusdem sit desiderium, laudabilem esse, miseris uobis imaginando persuadetis, ad uestram libidinem coarguendam sufficiens est. Quam libidinem humanam ut adhuc manifestiorem reddatis, pulcritudinem illam uestram qualemcunq; qua corpora uestra bene proportionata coloribusq; gratiosè compositis imbuta uigent, cum pulcritudine spiritali, quæ in ipso deo inesse uideatur, tum nomine desiderij, quod perfectionum animæ uestræ præcipua sit, palliare consueuistis. Humanam dixi talem uestram libidinem idèò, quòd eiusmodi libido neque adèò effrenatè, neq; semper, sed illis solùm temporibus, quæ natura ipsa nobis ad speciei nostræ conseruationem ordinauit, multò moderatiùs in nos animalia q̃ uos homines cadere consuèrit. V. Id mihi perfacile persuaderes, nisi & uos equos, quod attinet ad hanc rem, res stultas ridiculasq; uel millenas committere uideremus. E. Quid igitur est illud, quod nos com-

mittere uidetis? eo tamen excepto, quòd alij in alios inimicitiam quandam zelotypiæ nomine ( qui affectus cum sit communis, indiuisim cum tali uoluptate coniunctus est ) concipiamus? Istius autem rei mentionem facere de industria nolebam, ideo quòd metuerem, ne animo ægriore ferres: cum illa, quæ talis libido sapiissime uos perpetrare facit, impia planè sint & horrenda. Lege, siquidem tibi sic uideatur, non nihil historias, & uidebis quot fraudes, quot inimicitia, quot prodiciones, quot mortes & ferro & ueneno commissa, quæ res est omnium sordidissima, inde natae sint. Hac igitur questione missa facta, ad uoluptates eas, quæ è cibo & potu proficiscuntur, orationem meam conuertam. De talibus enim si disseruero, dubium mehercule non est, quin reuera sis experturus, quòd fera quæuis, qualis qualis illa demum sit, tam ex illis quæ syluestres indomitaeq; sunt, quàm ex illis quæ cicures domesticaeq; sunt, uobis sanè multò moderatior esse deprehendatur: quòd cum nullam planè sis unquam animaduersurus, quæ plus uel cibi, uel potus assumat, quàm ipsius requirat natura: tum nullam quoq; quæ cibos ab illis, quos ad sese pascendam naturæ prouidentia sibi præordinatos esse nouit, alienos concupiscat: cum aliæ bestia seminibus, aliæ herbis, aliæ carnib. aliæ denique fructibus tantummodò uescantur: uos autem homines non uno aliquo ciborum genere contenti, cibos omnium generum in esum flagitetis. Hinc est, quòd quamquam res ferè innumerabiles è singulis uniuersi mundi par-

di par-

di partibus aduehi curetis : tamen adeò sitis insatiabiles, ut ad maiorem, quàm ipsi naturæ illis ingenerare placuit, ex iisdem uoluptatem percipiendam comedendos arte quadam insuper conditiatis. Inde fit, ut eorum suauitate illecti, & extra regulam ab ipsa natura uobis præscriptam abrepti, plures eorum quàm necesse sit, assumatis, enormiaq; cõmittatis adeò multa, ut corporis uestri cõstitutionẽ planè corrumpatis: et ita uobis uel uitæ omnino breuissimæ, uel senectæ calamitosissimæ, necnon infirmisimæ sitis auctores. Iam de eo deinceps, quòd uos quam creberrimè soleatis inebriari, & ita quidem concedatis, ut id, quo uno cæteris animantibus omnibus præstare uos tãtopere gloriamini, per pauillum delectationis, quæ inest in uino, uobis eripiat, dicere quæso quid attinet? cùm uosmetipsos istius uitij tam uehementer interim pœniteatq; & tædeat, ut eum, quisquis ebrius aliquid commisit, propter delictum suum duplici pœna dignum esse uulgò dicere nõ erubescatis: & hoc ideo quidem, quòd cùm pœnam illam, quæ contra delictum ipsum constituta fuit, tum deinceps hanc, quam commertus est propter id, quòd sese per uinum ratione eousq; priuari permiserit, ut in errorem peccandi incideret, infligi par esse uideatur. adeò certè quidem, ut ex his quæ dicta sunt, si modò uelis, perspicere planè possis, utri nostrum temperantiores sint, utrorum item sors melior sit: cùm nos uirtutis illius, quæ ista impedimenta, qualia te secundum naturam facere non permittant, è medio tollit, longè plus

habeamus atq; uos. V. Si quis ad certas quasdam uestras actiones tantummodò respiceret, earumq; finem non consideraret, diceret ille profectò, uos nobis multò temperantiores esse: quæ quidem res, quemadmodum tibi suprâ quoque dixi, est longè omnium falsissima. Atq; ut illud ipsum ita sese habere perspicias, erit tibi etiam atq; etiam cogitandum, temperantiam esse habitum quendam electiuum, recta cum ratione comparatum, facientem, ut quisquis eundem acquisierit, iste neque propter res illas quæ sibi displiceant, nimis alteretur commoueatq; neque contrâ uoluptatibus earum rerum quæ placeant, nimis immergatur: eundemq; habitum tali modo, qui iam fuit à nobis annotatus, comparatum, multò magis circa leticiam quàm tristitiam uersari, quanquam non circa leticiam quâlibet: ideo quòd temperantia neq; circa uoluptates & oblectationes illas animi, quæ sunt honor, intelligentia, necnò id genus aliæ: neq; uerò etiam circa omnes ipsius corporis occupata sit. Nec enim is, quisquis ex ijs rebus, quæ sub uisum cadunt, quemadmodum sunt picturæ, statuæ, necnon id genus aliæ, maximam uoluptatem capit, intemperans rectè uocetur: multò uerò minus is, quisquis ex ijs quæ ad auditum pertinent, quemadmodum & uoces & soni sunt, maximè delectatur, eodem nomine poterit censeri. Is præterea, quisquis odorum suauitate recreatur, intemperantibus annumerādus non est: nisi fortasse cibi gratia fiat, sic ut in cæteris præter uos equos animalibus obserua-

tur.



tur. quemadmodum, uerbi gratia, in cane: qui ex eo, quò d leporem odoratur, ideo saltem delectatur, quòd eundem comesturum se sperat. Restat igitur, ut istam uirtutem circa delectationes cum gustus, tum uerò tactus tantummodò spectari, concludendum uideatur. Quinimò dico præterea, quòd oblectationes quæ nascuntur è tactu, solùm sint illiusce uirtutis obiectum: sin autem præter eas quæ ex gustu percipiuntur, adhuc alias requirat, hoc ideo faciat, quòd ipse gustus species aliqua tactus esse iudicetur. Atq; ut id ipsum uerum esse perspicias, annón quæso uides, quòd iste cui uinū maximoperè placeret, à dijs ipsis oratione contenderet, ut ei collum, quod longitudine sua collum gruis exequaret, efficerent: ideo scilicet, ut ipsa delectatio, quam ex uino potato percipere soleret, tanto diutius duraret, tantoq; maior esset, quāto longius ipsum spacium, per quod uino labendum esset, cōsequeretur? E. Verumenim uerò quid est quæso, quod inde uelis inferre? V. Dicā, siquidē tibi nonnihil auscultare mihi placebit. Itaq; tibi præterea notandum est, quòd in homine sensus istius instrumenta multò perfectiora sint, ac in animalium cæterorum ullo. E. Illud uerò quānam ratione probare te posse putas? V. Ecce tibi probationem. Vt omnia organa & membra illa, in quibus sensus fieri consueuerunt, obiectorum suorum, & earum rerum quæ sentiuntur, prorsus expertia sint, est necesse. Nam cum nihil omnino sit, quod illud ipsum, quo iam nunc est præditum, in sese recipiat, conuenit

L § etiam

etiam, ut neq; oculus colore, neq; gustus sapore per se præditus sit: alioquin enim fieret, ut oculus ea solum, quæ eiusdem cum eo, quem in sese contineret, coloris essent, uideret, id quod illis usuuenit, qui uisum suum in uitrum quodam colore tinctum solent intendere: gustus uerò saporem illum quemlibet, quem gustauisset, etiam sentiret: id quod illi contingit, cui locus is, ubi gustus ipse perficitur, propter febrem quandam cholericam, ex qua laborauerit, effectus sit amarus. Is enim res quasuis amaras esse putat. E. Illud tametsi uerissimum esse concedam, in quem tamē finem tu dicas, ego certè quidē uidere non possum. V. Instrumentis aut illis, per quæ tactus propriè fit, siue nerui, siue caro, siue (quod uerius uideri queat) pellis ea sint, idem nō accidit: ideo quòd eorū obiecta præcipuè sint qualitates primæ, calidū uidelicet & siccum, frigidum & humidum. Quas è quatuor elementis cōpositas esse cū constet, eorundem penitus expertes esse non possunt. E. Quibus ergo modis efficitur, ut quāuis ea iam tū intra se habeant, & tamen, ut sentire possint, extrinsecus adhuc assumant? V. Sentiunt nimirum uel ipsamet eorū superfluitatē tantūmodò, uel defectū. Sentiunt inquā tantūmodò res eas, quæ plus minúsue calidæ, frigidæ, siccæ, humidæ sint, quàm qualitates elementares istæ, è quibus constant. Quod cum ita sit, ille sanè qui carne cuteq; reliquis est tēperatiore, is eiusmodi quoq; sensum meliorem quàm cæteri habuerit: cū quamlibet, eandemq; uel omnium minimam sensurus

*surus sit rerum differentiam. Tales uerò sumus nos homines, qui, quod est profectò certissimum, constitutione corporis multò temperatiore simus, quàm ullum ceterorum, qualecùnque demum sit illud, animalium. Vnde quoq; fit, ut, quia nos sensum istum multò quàm uos perfectiorem habeamus, multò etiam maiorem quàm uos ex eiusdem effectis oblectationem percipiamus: ita quidem, ut quantumlibet nos uobis intemperantiores essemus, quòd nos (ut asserui) multò maiorem quàm uos, è gustu delectationem percipiamus, mirum tamen id ipsum uideri non debeat. Quamuis illud nequaquam sic à me dici uelim intelligas, ut sic esse reuera concedam. E. Id uerò quánam ratione fiat? Téne igitur mihi negare audere, quòd nos minus à uoluptatibus nos occupari sinamus atque uos occupari uos sinitis? ipsamet experientia quotidie contrarium comprobante? V. Quòd uos non modò plus à uoluptatibus abstineatis atque nos facimus, uerumetiam minus atq; nos doloribus ipsis succumbere soleatis, & id quidem multò facilius, equidem crediderim: uerùm quòd eius rei efficiens sit ipsa temperantia, nullo certè modo possum persuaderi. E. Sed cur illud queso? V. Cur illud uerò? Nam cùm temperantia (quæ admodum tibi superius quoque dixi) habitus sit electiuus, recto rationis ipsius cõsilio comparatus, què queso fieri possit, ut uos animalia prædita sitis hac ipsa uirtute? quæ non modò rationis (cuius efficaciam modum illum quem diligenter intuentia neq; nimium doleatis,*

leatis, neq; nimum gaudeatis ijs de rebus, sine quibus uestrum genus conseruari nequeat, eaq; de causa natura sic ordinante delectationes omnino magnæ, cum rebus istis, per quas quodlibet inaiuiduum, quales & cibus & potus sunt, tum istis deinceps, per quas ipsa quoq; species salua propagatur, quales nimirum res uenercæ sunt, insitæ comperiantur) definire debeatis) sed & electionis liberæ sitis expertia: cum naturæ duntaxat in omnibus uestris actionibus obsequamini, tantumq; arbitrij, quantum nos, minimè uos habeatis.

E. Quòd si nos arbitrio tali destituimur, unde igitur oriuntur inter nos isti temperantiæ fructus, qui profectò sunt ita manifesti, ut eos, quasi non sint, omnino negare non possis? V. Oriuntur ex inclinatione quadam, quam, sicut iam dixi, natura uobis ingenerauit, ideo nimirum, quòd eadem natura non ignorans uos cognitione adeò imperfecta esse, ut id quod ad uestri conseruationem maximè conueniret, eligere nesciretis, talia uos effecerit, ut plus quàm uestra conditio requirat, neq; comederetis, neq; biberetis: & ita deinceps re nulla, unde uobis aliquod malum creari, uestriq; corruptio capere posset initium, superfluè uos uti uoluerit. Ad temperantiam uerò talia minimè omnium referri possunt, quòd illius proprium sit, è liber rima quadam uoluntate neq; nimum propter ea quæ sibi conducibilia non sunt, dolere, neq; contrà propter ea quæ conducibilia sunt, nimum gaudere: omnia deniq; & moderatè & tempestiuè tractare. E. Sanè cum nos

eadem,

eàdem, de quibus uos dicere soletis, facere soleamus omnia, non admodum curandum putarim, siue instinctu naturaii, siue temperantiæ uirtute faciamus: cum nobis ipsum facere sufficiat. V. Illud uerò siquidem sese sic haberet, an non etiã sequeretur, per uim quandam ad aliquid efficiendum cogi, melius esse, quàm liberè uoluntarièq; fieri? Atqui per uim aliquid aliquem facere, an tu non seruile, animiq; uilis esse putas? Quòd cum ita sit, cura, ut homo rursus efficiaris, & unà mecum in patriam tuam proficiscaris. E. Quod attinet ad hoc, equidem assentiri tibi nō uoluidq; eo, quòd quantūuis causam meã non tam bene propugnare possim, quàm tu tuam, certò tamen sciam, quòd hoc nostrum uitæ genus illo uestro sit longè melius: ideoq; animal tale, quale modò sum, permanere uelim. V. Illud si planè tecum constituiisti, mane per me talis bestia, qualis es. Neq; profectò naturam meliorem merearis, quàm eam qua præditus es, qui per sensus tuos eò te abduci permittas, ut lumen rationis inuestigare non labores.

## DIALOGVS OCTAVVS.

## Vlyffes &amp; Canis.

**Q**uòd si natura (quemadmodum Græciæ nostræ sapientes creberrimis sermonibus usurpare soliti fuere) uult, ut res unaquaq; suum finem suamq; perfectionem consequatur, què fit igitur, quòd

quòd eadem natura tantam potestatem sensibus illis nostris attribuit, ut mentem nostram sine intermissione humi prosternant, eandemq; quodammodò semper in rebus hisce terrenis ( id quod isti, quicum per Circen in equum transmutato iamiam sum collocutus, euenit ) sic occupatam detineant, ut quanquam natura bestiis ipsas creârit, quo facie sint semper ad terram prona, eoq; significare uoluerit, illarum felicitatem in rebus tantummodò terrenis spectari, sed unum hominem sic formârit, quo ipsum cœlum perpetuò intueatur, hinc eum uelut adhortata, quòd continuo cœlum uersus sese erigere, & actiones rerum diuinarum illarum, quæ ibidem sunt, ad felicitatem quandam, quæ eum plus ac hominem efficiat, consequendam contemplari debeat, à bestiis tamen iisdem nos homines non admodum discrepare uideamur? Verumenimuerò quid est, quod me canis iste uult? qui cùm gradu me uersus instituto paulatim propius accesserit, ad extremum subsistens, firmiter oculis me fixis intuetur. Dubium profectò non est, quin tantummodò naturam suam, qua studiosissimus est hominis, ducem secutus id faciat: uel ideò sanè, quòd ipsi hominis in hoc loco uidendi copia perrarò fieri consuevit. Arbitror equidem, quinimò ipsamet experientia magistra pro certo scio, quòd natura nobis sensus illos, qui ad uitam nostram sustentandam necessarij non sunt, in eum tantummodò finè, ut & naturam nostram & rerum cognitionem in nobis efficeret perfectiorem, fuerit elargita. Quod cùm ita

ita sit, quãnam quæso ratione sit, ut ijdem sensus terrã uersus, ubi tamẽ obiectum suum non habent, istam nostri partem meliorem, (quæ, nisi per eos impediretur, instinctu suo naturali perpetuò cœlum uersus se esset eleuatura) tam uehementer inclinēt? Dij boni, quãto-  
 pere canis ille in me spectando sibi placet. Quanquam gestibus ipsis significare uideatur, quòd ea quæ meciũ ratiocinando dico, non intelligat omnia. Alia profectò de causa fecisse non uidetur, nisi ut illa discordia, quæ uni duarum, è quibus constamus, parti cum altera intercedit, maiorem uigilantiam solitudinẽque procrearet, indeq; uirtus ipsa sese magis ac magis in dies singulos manifestaret: quæ uirtus in rebus non tantum-  
 modò difficilibus obeundis uersatur, uerùm etiam sine intermissione perfectiorem se reddere conatur. Verùm quid iste canis me tandem uult quæso? cùm mihi tanto-  
 perè blandiatur. Dij boni, quãtũ & amicũ & fidũ animal est istud homini. C. Dic mihi, te precor, eques nobilissimẽ, an ex Ithaca Græciæ parte, quemadmodum lingua tua uidetur indicare, sis oriundus, necne. V. Græcus equidem sum, & Ithaca quam dicis, mea est patria. C. E' lingua tua te agnoscebam: ideo quòd unaquæq; prouincia quandam obseruat in pronunciando rationem ita sibi propriam, ut eadem prouinciæ ab illa diuersæ communis esse non queat. Equidem ualde lætor de eo, quòd in te, qui mecum patriæ sis eiusdem, sic inciderim: atqui de eo, quòd eandem felicitatem, qua præditus ego sum, tu quoq; non  
 fueris

fueris consecutus, ualde contristor. V. Ista uerò tua felicitas qualis est quæso? C. Doleo inquam, quòd in aliquam bestiam non ita, sicut ego, fueris à Circe transformatus. V. Tu'ne igitur hominem in bestiam conuerti, felicitatem uocas? C. Ego planè: & tu idem procul omni dubio facturus esses, siquidem sic, ut ego, rei periculum fecisses. Et quia quod assero, non credis esse uerum, ego, si me fortassis audire uolueris, de eo te faciam mehercule multò certissimum. V. Agendum loquere: quòd ego nihil aliud ac illud ipsum doceri malim. Nam si possem perspicere, illud quod asseruisti uerum esse, nequaquam me diutius per id, ut rursus homines è uobis efficerem, in quod unum totis equidem uiribus iam dudum incumbo, macerarem.

C. Dic mihi prius, siquidem tibi non sit ingratum, quod nomen tibi sit. V. Vlysi nomen est mihi: & primò quidem literarum, deinde uerò armorum feci professionem. C. Iam profectò multò libentius cum te artium duarum, inter alias omnes, quotquot in hoc uniuerso mundo reperiuntur, principes partes obtinentium, perito sermonem conferam, quam fecissem, nisi ea de re mihi prius constitisset. Mihi fuit nomen Cleanthi, qui similiter aliquandiu literis operam dedi: quibus deinde uale dicto, quanquam non omni, aliqua tamen ex parte profectò, quòd nimirum facultatibus abundarem, instar aliorum quam multorum uitam in ocio transegi. inde factum fuit, ut per aliquam ocij mei occasionem huc superiori quodam tempore profectus,



Etus, in canem, quemadmodum uides, à Circe fuerim transmutatus: cuius natura mihi tam miris modis arri- det, ut me multò magis rebus hisce præsentibus uterent contentum esse, quàm tum, cum humana adhuc prædi- tus essem natura, non eram, mihi planè persuadeam.

V. Equidem auidiſſimè exspecto, ut mihi causam, pro- pter quam uestram naturam nostræ præstare opine- ris, exponas. C. Ita faciam. Ab ipsis itaq; uirtuti- bus, de quibus uos homines plenis omnino buccis uos iactitare consueuistis, nõ aliter, atq; si uos iusticia, for- titudine, temperantia, reliquisq; præter enumeratas o- mnibus, animalia cætera superaretis, exordiri uolo. Ac ut id falsò facere uos ostendam, in huius futuræ nostræ concertationis quasi uestibulo, abs te peto, ut mihi re- spondeas, utrà duarum istarum, quas tibi iam nomina- bo, terrarum maiori laude uideatur esse digna: illæne quæ à Cyclopius habitata, generis omnis, quemadmo- dum quidem perhibetur, fructus, propria sua sponte bõ- nitateq; naturaliter insita, uel omnino non arata, non consita, uel aliquo saltem modo per homines exculta producit: an uerò potius Ithacensis illa nostra, quæ cum propter sterilitatem, tum montium copiam, ne capris quidem pascendis apta satis est: & quantumuis diligen- tia uel longè maxima sit exculta, adeò tamen infrugi- fera est, ut non unquam nisi messium pauperrimarum procreatrix esse, & sic eorum, per quos elaborata fuit, industria præmium nullo modo dignum rependere cõ- suenit. Sed antequam tuum super hac re in mediũ pro-

feras iudicium, illius, quo patriam suam quisq; nostrum prosequi solet, amoris obliuiscare uelim. V. Quamuis, ut euitato mendacio, quod uerum est dicam, patriam meam naturali quodam ductu & instinctu plus amem quam ullam aliam, qui tamen aliter facere possim, quin illam, quam Cyclopes inhabitant, magnæ fertilitatis cuiusdam nomine laudabiliorem uideri pronunciet?

C. Nunc ut idem ipsum, quod ad animas, eatenus ipsi quoq; terræ similes, attinet, mihi confitearis, eas nimirum quæ sine studio, sineq; ullo labore adhibito propria sponte bonas & perfectas actiones operari solent, maiori laude quam cæteras euehendæ esse, an necesse non est? V. Est uerò necesse, quòd illam comparationem ueram esse, mihi quoq; sit confitendum. C. Concedis itaq; mihi, quòd animæ bestiarum, quæ per semet ipsas, opera nulla, studioq; nullo prorsus adhibito, uirtutes exprimunt, uestris animabus multò meliores sint & nobiliores. V. Quantæ uerò sunt istæ uirtutes, quibus tu bestias per suam ipsarum naturam dicis exornatas? C. Tantæ profectò sunt, ut illis quibus homo per artem imbutus est, sint multò maiores. Quod quidem an uerum sit, nec ne, si tu diligenter inuestigare uelis, ab illa, quæ ut ordine, sic quoq; dignitate aliarum uirtutum princeps est omnium, age sumamus initium. V. Qualis igitur est ista? C. Ipsa nimirum prudentia, sine qua uirtus esse potest omnino nulla. Nam cum uirtus nihil aliud sit nisi mediætas aliqua, duobus extremis interiecta, & recta quidem ratione determinata,

*nata, an non, amabo te, consequitur, quòd nulla planè uirtus absq; prudentia uirtus esse possit? Cùm medietas illa, quæ uirtus esse dicitur, arithmeticæ medietati, paribus omnino spacijs à suis duobus extremis distantè (cuius generis est, ut hæc exempli causa dicam, uel ipsummet in quantitate continua circuli centrum, à quo lineæ ad ipsam usq; circuli circumferentiã ductæ, quotcunque demum uideas esse ductas, inter sese sunt æquales: uel in discreta quantitate senarius inter binarium & denarium numerus, quòd is ab uno tant lögè distet, quàm ab altero) minimè: geometricæ uerò medietati, à suis duobus extremis per similitudinem, uel proportionem potius rationalem quandam disiunctæ (sicut est, uerbi gratia, senarius inter nouenarium & quaternarium, qui & ipsum medium numerum, quaternarium uidelicet, semel in se continet, & semel in medio nouenarij contentus est, unde medietas illa, quæ est inter unum & item alterum, medietas per proportionem rationis esse dicatur) similis est uel maximè. Atq; si medietas illa, intra cuius extrema per æqualem distantiam, ad arithmeticæ medietatis instar, uirtus collocata consistit, non existat, conuenit, ut eam uirtus aliqua, secundum proportionem quandam extremis illis consonam, ad istius geometricæ medietatis similitudinem determinet. At illa ipsa uirtus, ad quam talis determinatio propriè pertinet, alia præter prudentiam non est ulla. Quòd cùm ita sit, nullam prorsus esse posse uirtutem, quæ prudentiæ sit expers, efficitur.*

M 2 Hinc

Hinc est, quòd illa ipsa magno certè quidem cum iudicio regula, nec non fundamentum uirtutum cæterarum omnium sit reputata. Et quòd illud uerum sit, inter nos multò magis quàm inter uos ( quæadmodum tibi dixi ) luculenter apparet. V. Atqui quòd id uerũ sit, quis est, amo te, qui mihi demonstrare possit? C. Quis? ipsa ratio. Quæro ex te Vlysses, an mihi non concedas, quòd causæ è suis effectibus cognoscantur? V. Quòd si hoc negem, ipsam ueritatem profectò negem. C. Consequens igitur est, ut mihi quoque concedas, quòd nos animalia uobis hominibus multò prudentiora simus: cum ea, quæcunq; per nos unquã gesta fuisse sunt animaduersa, ijs quæ uos gerere solentis, multò prudentius gesta fuisse deprehendatur. Atq; quòd illud ipsum uerum sit, inductione quadam per temetipsum facta perspicies, si quidem actiones cuiusq; nostrũm speciei diligenter consideraturus, ab animalibus omnium minimis exordiare. Ea namq; ratione comperieris, ipsam formicam tanta præditam prudentia, ut æstiuo tempore ea omnia, quibus hyberno sit opus habitura, uspiam congerat & reponat: araneas animalculorum quorundam, quibus deinde uescantur, capiendorum gratia, laqueos suos tendere quam prudentissimè: uespas aliãq; id genus insecta, ea ante tempora, quæ sibi nocitura esse prospiciunt, subtus terram abscondere sese solere. De apibus & earundem regimine itidem prudentissimo, ideo nihil in medium proferre uolo, quòd inter uos fuerint non pauci, qui in ip-

sarum

farum & uita & sese gubernandi moderandiq; modo  
 describendis, ætatis suæ potiorem partem cõsumere nõ  
 recusarint. Ad aues deinde si te conuertas, quòd omnes  
 secundum temporum qualitatem non aliter atq; suæ na-  
 turæ commodum fore norūt, locum mutare soleant, ex-  
 perieris. Inuenies etiam nonnullas, quæ, cùm pullis suis  
 excludendis semetipsas non satis idoneas esse perspici-  
 ant, oua sua in nidos reliquarum ponant, quæ pullos  
 ipsarum sua incubatione exclusos educant: id quod  
 in cuculo tam manifestum est, ut negare nullo modo  
 queas. Inuenies alias item nonnullas, quæ suspicantes,  
 eas quas suis incubatibus excludere, proprium suum  
 genuinumq; foetum non esse, maxima quadam cum  
 prudentia, ea de re certiores sese reddendi modum re-  
 pererunt: cuius rei exemplo aquila esse potest, quæ  
 suæ sobolis oculos cum, quem dixi, in finem radijs sola-  
 ribus obuertere consuevit. Iam uerò de gruũ, sese sub  
 unius alicuius (quæ reliquis somnum capiendo requi-  
 escentibus, erecto capite stans, & altero pede, ut ne  
 ipsa quoq; somnum obrepere sibi permittat, lapillum  
 sustinens, earundem reliquarum causa excubias agit:  
 & si quid animaduertat, quod ipsis nocere posse pu-  
 tet, illas de eodem mox reddit certiores) principatus  
 ordinatè moderantium, prudentia nihil afferre uolo.  
 Quanta deinde prudentia sunt ipsæ perdices? quæ ut  
 pullos suos contra aucupes tueantur, ante eosdem uola-  
 tum suum impeditum esse simulantes, hinc inde tam  
 diu cursitare solent, quoad ipsi pulli, temporis aliò sese

recipiendi satis adipiscantur. Hirundines deinde, dum terram, festuculis illis, quas ad nidos suos (quos ille quidem non aliter compingunt, quam uos domos uestras exædificare cõsueuistis) efficiendos passim colligunt, conglutinandis idoneam non inueniunt, an' non pro illa qua præditæ sunt prudentia, in aqua sese lauantes totum corpus humectant, & illud ipsum deinceps in puluere uolutantes, aliquod lutũ, calcis illius, quam uos parare soletis, instar efficiunt? In ipsis uerò pullis educandis an' non tantam demonstrant prudentiam, ut illorum cuiq; suam cibi partem admetiantur? quarum prudentia ex eo similiter elucet, quòd ipsum nidum ab omnibus omnino sordibus emũdent, ea nempe de causa, ut ipsi pipiones in eodem purè degant. Pica simulatq; oua sua conspecta fuisse animaduertit, quanta quæso in illis aliorum affortandis utitur prudentia? Singulis enim uicibus duo, per illam uiscosam, quam è corpore proprio excernit, materiam festuculae cuidam agglutinat: deinde collum summittens, ouaq; prius quam uolet, ut ne postea dum uolet humi fortasse cadant, librando diligenter explorans, alium in locum transferre solet. Nunc in ouis à sturmis maribus (qui, quòd incubatu non soleant occupari, tantopere libidinosi sunt, ut ea confringãt) occultãdis, quanta te precor, solent uti ipsæ semellæ prudẽtia? Ad animalia deinde terrestria, & primò quidem ea quæ quatuor pedes habent, quod attinet, dic mihi, si potes, quanta cum elephanti, tum cameli prudentia sint. de qua, cum sit

fit longè notissima, equidem nihil omnino ratiocinari uolo. Ad ceruos etiam conuersus, in maribus id, quæso te, considera, quòd inusitatam corporum suorum pinguedinē animaduertentes, ad certum tempus aliquò abdere se soleant, quòd ad currendum minus aptos se fore diu præuidere queant. Idem quoq; facere consueuerunt eo tempore, quo ipsis cornua exciderunt, usq; ad id quo rursus excreuerunt: aliàs se nihil, quo interea contra uim defendantur, habere suspicati. De ea uerò prudentia, qua semina ipsorum in educando suo foetu utuntur, quid nam quæso dicam? cum id operantur, ut ijs duntaxat in locis, ubi humanorum pedum uestigia uident impressa, pariant: quòd & reliquas feras inde fugituras, & hominem feris ipsis multò clementiorem fore suspicientur. De eo præterea quid offerā, quòd iidem cerui foetus suos iam grandiusculos & ætate prouectiores in scopulos adducunt, eosq; tali ratione modum salendi docent? Qua similiter prudentia uti quoq; consuevit ursa: quæ teneros suos foetus arbores transilire docens, illis dum saliunt, metum incutit, ut sic ad sese à cæteris animantibus defendendos uindicandosq; paratiores & audaciores fieri assuescant. De equi & nostra prudentia nihil quoq; sum narraturus: cum sciam, quòd ea ipsa uobis sit omniam notissima, ideo quòd inter uos quotidie cõuersari soleamus: multò uerò minus de ea uerba factururus sum prudentia, qua animalia corpus trahentia, & ita per terram repentia sunt ornata: cuius generis sunt ipsi serpentes.

quorum prudentia est uobis omnibus ita nota, ut prudentiam delineare uolentes, pictæ cuidam manui serpentem indatis. Quanta deinde piscium sit prudentia, quid est necesse ut dicam? cum uos ab illis nauium conficiendarum nauigandiq; scientiã, humano generi maximè frugiferam, inde didicisse pateat: qui remos & uelum sic fabricaueritis, ut remi quidem quorundam piscium pedes representet, uelum uerò alas aliorum non nullorum similitudine figuret, quibus forinsecus explicando adhibitis ipsæ naues in profundum maris adductæ, uentorum ui simul accedente, promoueantur. item quomodo sese gubernare, & eos per quos sese captum iri putent, norint euitare: alij quidem æquam branchijs suis turbantes, alij certum quendam humorem, adeò nigrum, ut atramento similis omnino sit, è corpore suo egerentes, alij deniq; alio modo sese tutantes, itidem nihil afferre uolo. adeò certè quidem, ut si animalium cum recitatorum, tum cæterorum actiones bene consideraris, futurum non dubitem, quin nos uobis prudentia longè præstare, & ita consequenter etiam naturam nostram uestra multò meliorem esse, mihi necessariò confiteri cogaris: cum & nos omnia eiusmodi, qualia recensui, bona, spontè sineq; ulla nostra industria, natura saltem largiente, consecuta simus: & tute ipse iam dudum, Cyclopium terram (quæ sua propria naturaliq; uirtute fructus suos efferret) Ithaca nostra (quæ, nisi aratione similibusq; modis exulta, fructuum ne quidè tantillum produceret) meliorem esse, concedere non recusã-



recusâris. V. Ego mehercule, mi Cleanthe, quamprimum de prudentia mecum conferendi faceres initium, statim credebam, quòd interea temporis, quòd homo fuisses, ad res morales meditandas diligenter incubuisses: sed illud ex orationis tuæ progressu me falsò credidisse sum satis expertus, qui in illis ipsis perparum te profecisse perspexerim: & id quidem inde, quòd, quid propriè esset prudentia, dicere non potueris non solum, sed & eandem ipsam sæpius cum arte confundere non dubitâris. C. Tu ne igitur actiones suas bene ordinare, & res illas, quæ sint alij salutare, bene disponere nouisse, prudentiam esse mihi negabis? V. Non equidem negabo: sed id non satis, esse dico, quòd is, quisquis unum quoddam negocium, bene nouit ordinare ( cuius generis ( ut hoc exempli causa proponam ) esset ille, qui sese uel circa corporis ualeitudinem bene gerere, uel in armis exercere nosset ) prudens appellari non possit: sed is solum, quisquis in omnibus omnino rebus, ad bene quiete que uiuendum pertinentibus, idem præstare nouit. Id uerò uos animalia facere non potestis. Hinc igitur est, quòd in uobis prudentiam nullam reperiri dicendum sit. Quod ut sic esse, plenius adhuc intelligas, siquidem audire me uelis, perfacile probârim. Prudentia uirtus est in practico intellectu consistens: ideo quòd ei conueniat, uniuersalia rerum practicarum, quæ sunt eius principia, nouisse. Illud autem intellectus officium esse proprium, patet inde, quòd uniuersalia perspecta postea ratiocinando particularibus

*eum accommodare oporteat: id quod uos, intellectus eiusmodi prorsus expertia, præstare non potestis. C. Sed quónam modo tu mihi demonstraueris, illam ipsam prudentiam in intellectu solùm, & in sensu non esse?*

*V. Hoc inde cognoscitur, quòd ipsa de rebus non mòdò præteritis, uerumetiam de futuris iudicare potest: id quod facere nequaquam sanè possit, siquidem non cognouisset. Sensus deinde (quemadmodum tute scis) præter res præsentis nihil omnino cognoscit. C.*

*Quid ergo fiet de memoria? quid item de phantasiâ? an illæ res absentes quoq; non cognoscunt? V. Cognoscunt uerò, sed de illis iudicare, easdemq; postea particularibus accommodare non possunt. C. Quomodo*

*quæso fieri queat, ut nos ista prima prudentiæ principia naturæ bonitate liberalitateq; minus consecuta simus, quàm uos illa, quæ sunt, uerbi gratia, scientiæ? V.*

*Ideo nimirum, quòd ea uel per disciplinam quandam, uel experientiam comparentur: quarum neutram uobis competere, constat inter omnes. Disciplina uobis nõ competit ideo, quòd uniuersalium tantummodò sitis capacia: experientia uerò non competit ideo, quòd memoriæ (particularium, quibus in sese conseruatis, ad ipsam rationem respiciens, experientiam sibi comparet, conseruatricis) omnino sitis expertia. C. Quasi uerò nos memoriam non habeamus. Tu quidẽ nobis perparum cognitionis assignas, Vlysses. V. Et id iure quidem. Memoriam enim uos non habere dico, ea de causa, quòd id, quod uos memoriam putatis, non memoria,*

*sed*

sed quædã uis sit imaginãdi reuera. C. Atqui cùm nos per illam nostram, quam tu dicis, imaginandi uim, tam bene cuiusque rei recordemur, quàm uos per uestram memoriam, qualem nam quæso, siquidem sic est ut asseruisti, tu nobis inter illa duo constituis differentiam?

V. Quanquam fatendum sit, uerum esse, quòd imaginatiua rerum, quas ipsi sensus cognouerunt, imagines tam bene conseruare uideatur, quàm memoria: memoria tamen illas ipsas reuera distinctius & particularius ac illa conseruat. Nobis etiam tempus illud ipsum, quo tales imagines à sensibus in sese receperit, reuocat in mentem: id quod imaginatiua, quam uos habetis, sola nequaquam præstare potest. Hinc scilicet est, ut asinus, quamprimùm ad aliquam fossam, ubi prius aliquãdo ceciderit, accessit, istac, quemadmodum prouerbio dici solet, abire non uelit. Illud autem non aliunde nascitur, nisi quòd imaginatiua ipsi casum illum, quo in illam fossam lapsus est, indistinctè tantummodò, nullaq; temporis determinati recordatione facta, representet. Inde fit, ut cùm distinguere non queat, an eiusmodi casus uel in præterito tempore, uel in præsentì, uel in futuro (quæ partes sunt ipsum tempus efficientes & constituentes) uideatur esse statuendus, aufugiens illac abire denuò non uelit. Illud quidem uerum est, quòd eæ animalium species, quæ illam imaginandi potentiam naturæ beneficio munereq; paulò perfectiorem quàm cæteræ consecutæ, ideoq; res aliquantulum distinctius intelligentes, memoria se præditas esse putent. Ex illarum

genere

*genere tu es, & aliæ tecum nonnullæ: inter quas tamen omnes principem locum faciliè tu solus obtinueris. Hinc est, quòd tibi uideatur, te res cum alias, tum uerò dominum tuum uel in primis multò melius, quàm cæterorum animalium facere possit ullum, & recordari & recognoscere: nec id certè quidem sine causa: cum muscæ ex aliquo loco exactas sese fuisse mox oblita, rursus ad eundem reuertantur. Sed quantumuis hoc ita sese habere fatendum sit, inde tamen nequaquam consequitur, reuera uobis esse memoriam: adeò quidem, ut uideas manere, hominem, quia temporis distinctionem cognôrit, eum esse qui memoria præditus, se solum inter omnia animantia prudentem uocare possit. Nam quodcunque temporis cognitionem non habet, idem quoq; ipsum, quando aliquid bene, quando non, agi queat, iudicare non potest: id quod scire, prudentiæ prorsus est peculiare.*

*C. Quòd si nos animantia prudentia destituimur, quid igitur est illud, quod nos ita dirigit & moderatur, ut id solum, quod nostræ naturæ conueniens est maximè, semper operemur? V. Illud instinctus est aliquis, & aliqua proprietas, quam uobis utilitatis uestræ causa natura dedit, quæ proprietas uos ad illam metam, quam uobis eadem natura præfixit, eo quem sequi soletis modo ductaret. Vnde fit, ut si tu (dicam hoc uerbi gratia) formicas illas, quæ primo uere natæ sunt, interrogas, ob quam causam cibum in cellis suis reponant, dubium profectò non sit, quim ideo, quia*

*uel*

uel illas, à quibus generatæ sint, ita factitare uideant, uel inclinatione quadam sibi naturæ, eas ut sic agant incitantis, beneficio concessa sic agere, tibi sint responsuræ: ideò quòd uerni temporis anno superiore præteriti noticiam non habentes, illud per prudentiam, quemadmodum tu quidem falsò contendis, facere non possint. C. Sancte iupiter, quid audio? annón igitur illud est idem ipsum in nobis, quod uos prudentiam uocare soletis in uobis? V. Non est sanè. Sunt enim res inter ipsas diuersæ: cùm prudentia res naturalis non sit, sed habitus aliquis, primò quidem per uoluntatem electus, deinde uerò per actionem comparatus. Atq; cùm tu rerum subtilium non admodum sis capax, simpliciter notes uelim, quòd in parte nostra cognitiua (quod cùm dico, de intellectu, nō autē de sensu me loqui, uelim intelligas) sunt duæ potentie: quarum una res illas, quæ æternæ cùm sint, necessariæ quoque sunt, & tales omnino, ut nullo modo uariari queant, contemplamur: altera uerò res contingentes, mutabiles, & tales denique, quales sese non minus hoc, quàm illo modo queant habere, cognoscimus. Ex illis una uocatur intellectus speculatiuus siue mens, altera uerò ratio siue discursus & practicus intellectus. Sed ideo quòd res necessariæ, nec non inuariabiles istæ trium sunt generum, cùm uel principia sint, uel conclusiones, quæ dicta principia subsequantur, uel aggregatio quedam utrorumq; in ipsa quoq; speculatiua similiter intelliguntur habitus tres esse, intellectus nimirū,

scien-

scientia, sapientia deniq;. Intellectus principia, scientia cōclusiones, sapientia uerò complectitur ea utraq;. Atq; cūm res etiam contingentes duūm sint generum, ideo quòd uel actiue seu operatiue, uel factiue (ego de illis ipsis, quæ sunt in nostra potestate sitæ, non autem de alijs, quæ duce natura fiunt, uerba facio) sint: actiue quidem seu operatiue uocantur illæ, quæ ad consuetudines & actiones nostras morales pertinent, quæq; nos ipsos & appetitum nostrum, ad id quod est bonum dirigendo, perfectos efficiunt: at uerò factiue dicuntur istæ, quæ ad res extra nos positas, pertinentes, easdem perficiunt. In genere priori conspicitur ipsa prudentia, quæ non est aliud quicquam, nisi habitus aliquis circa res illas, quæ nobis uel bonæ uel male sint, rationabiliter uersandi: in posteriori uerò ars exercetur, quæ nihil aliud est, nisi habitus quidam res artificiales cum ratione tractandi. Vides itaq;, quòd in uobis animantibus neq; prudentia, neq; ars inueniri queat: cūm uos ratione, uel intellectu practico, quod illorum utrorumq; proprium est subiectum, sitis destituta. Nec tamen id mirum debeat uideri, quòd natura (quæ nihil omnino frustra facit) neutrum illorum sit uobis impertita: cūm, quod attinet ad prudentiam, opus non habeatis, ut quenquam præter uos sola, & ea quæ sunt è uobis procreata, per exiguum temporis illud spaciū, quo siue uobis uiuere non possent, regatis: id quod de nobis (quibus cūm familiæ, tum uerò rerum publicarum (ad quas rectè gubernandas et ad-

mini-

ministrandas prudētiæ forsitan multò plus, quàm ad illas quæ propriæ sunt uniuscuiusq; , requiratur ) incūbit administratio ) similiter intelligi non potest. Deinde uerò , cūm rebus alijs , præter eas quas ipsa natura sua sponte uobis elargitur, omnino nullis indigeatis, arte quoq; , ad scientiam illarum rerum alioquin comparandarum causa eius beneficio perficiendam necessaria, facilimè carere queatis. C. Tua, Vlysses, eloquētia & talis est, & tantam uim habet, ut si quis te audiisset solūm , & præter id ipsam rem non intellexisset, illud omne quicquid elocutus es, tanquam uerum crediturus fuisset. Ego igitur cūm non solūm uerba tua audienda, uerum etiam ponderanda & perpendenda esse non ignorārim, te, quamprimū orationē tuā exorsus es, in ipso, id quod prouerbio dici cōsueuit, limine errauisse perspexi. V. Ego uerò scire peruelim, quis error iste sit, quem tu me cōmisisse dicis. C. In habitibus intellectus uestri cognitiuis enumerandis opinionem non recensuisti : cūm tamen certò certòq; sciam, uos opinione quadam res quamplurimas nouisse. V. Error iste tuo uicio tuaq; negligentia fuit admissus: qui supra de contingentibus ratiocinantem, & eas tantummodò res, circa quas à nobis dependentes ipsa prudentia uersaretur, mea me disputatione persequi : cæteras uerò , circa quas ab ipsa natura dependentes occuparetur opinio, sicq; mirum non esset, si rebus, quæ à natura productæ & multæ & uariæ essent , considerandis , sepius hallucinaretur, silentio præterire me uelle

signifi-

significantē, ea de re me admonere sis oblitus. C. Sed qualis erat illa causa, propter quam, ut id ita faceres, mouereris? V. Illa nimirum, quòd eam, quæ reliquis uirtutibus uel intellectualibus habitibus annumeraretur, dignam non esse iudicarem: quippe quæ cōtrā quàm isti, nullam intellectui perfectionem afferret. Nunquam enim quisquam sapiens appellatur, qui de re quapiam secundum opinionem, quam de ea concepit, iudicare uelit: sed is tantummodò, qui eam certò scire putatur, in partem contrariam sapiens appellatur. Opinio præterea falli decipiq; potest: id quod intellectualium habituum nulli planè contingit. C. Quasi uerò cæteri isti habitus falli decipiq; non possint. V. Tres isti primi, qui sunt in intellectu speculatiuo, ideo quòd illorum obiecta sint inuariabilia, nunquam sanè falluntur: ideoq; necesse semper erit, ut id quodcunq; anima per eorum quemlibet iudicârit, aut uerum sit, aut econtrâ falsum. Idem ferè de duobus istis, qui intellectus practici proprij sunt, intelligi potest. Est enim hæc differentia, quòd istis prioribus eadem anima, cum quantum ad semetipsam, tum quantum ad res illas circa quas exercetur, attinet, ueritatē semper iudicare dicereq; solet: idq; ideo quidem, quòd inuariabiles omnino sint, & immutari nullo modo possint: posterioribus autem semper id, quod est uerum, quantum ad semetipsam, dicere tantummodò consueuit. C. An igitur id affirmare uis, quòd ars & prudentia nunquam falli queant? V. Non equidem simpliciter,



pliciter, cum errare possint interdum: quod tamen, quemadmodum supra iam dictum fuit, illarum culpæ minime, cum sint habitus per sese uerissimi: sed rerum, circa quas exercentur, uarietati siue conditioni, quicquid illud est, sit ascribendum. C. Quantumuis ad illud quoq; responderi posset: tamen ut eo præterito reuertar ad propositum nostrum, quero ex te, undenam, si quidem nos prudentia careamus, & illa actionum nostrarum rectitudo, & id quod in illis nostris actionibus multo minus atque uos in uestris, aberrare soleamus à scopo, proficiscatur. Præter id ex te scire quoq; uelim, unde nam, si quidem nos animalia simus artis expertia, artificium illud admirandum, quod in illis rebus, quas ad usum nostrum facimus (cuius generis, ut hoc uerbi gratia dicam, sunt isti nidi educandorum foetuum causa à nostrum plerisque constructi) apparet, oriatur. V. Ex instinctu quodam naturali, & certa quadam facultate, quam uobis ad speciei uestræ conseruationem natura concessit, oritur: ex arte uero prudentiæ nequaquam. Atq; quod illud ita uerum sit, inde perspicies, si quidem consideres, quod animalia eiusdem speciei, eosdem cum in nidis construendis, tum in rebus alijs omnibus agendis modos obseruet: cum, si quidem prudentia, necnon arte, quæ per electionem solent operari, prædita essent, in illorum actionibus aliqua, quoad locum, ad tempus, ad alias deniq; res circumstantes omnes attinet, uarietas esset apparitura: qualis in nostris actionibus singulis sanè temporum momentis elucescit.

N C. RA-

C. Rationes istæ, quas tu assignas Vlysses, mihi nihil aliud uidentur esse, nisi nomenclaturarum, quas uos modo, quocunque uobis uisum fuit, rebus ipsis imposuistis, differentiæ: ita quidem, ut illud ipsum, quod uos in uobis siue prudentiam, siue artem uocatis, idem in nobis instinctū facultatemq; naturalem nūcupetis: quæ nostra facultas naturalis siquidem in nobis multò re-ctius ac in uobis gubernatur, quin id signum sit, eam quoq; meliorem esse, indidemq; planè consequatur, nos animalia uobis hominibus multò perfectiora esse iudicanda, dubium profectò non est. Quod cum ita sit, ego quidem ratiocinandi sine iam facto, ea sorte quæ mihi obtigit, contentus, talis, qualis sum, permanebo: tu interim ut ea, quamcunq; meliorē putaueris, perfruarisq; & leteris, per me non impedieris.

## DIALOGVS NONVS.

Vlysses, Vitulus.

**E**quidem dicere iam non dubitem, illud quod uulgò solet usurpari prouerbium, nihil uidelicet in uniuerso mundo reperiri, quod à natura tam æquabiliter diuisum sit, quàm cerebrum, prorsus esse uerum: ideo quòd istarum bestiarum, quibus cum fui collocutus, unaquæuis id uitæ genus, in quo uersantur, tanto studio amplectatur, ut ex illis omnibus sortē suam multò pluris quàm nostram facientibus, ne una quidem sit, quæ hominis (qui tamen solus rationis est) parti-

particeps) ratiocinationi cedere quicquam uelit: id quod tamen illas interea temporis, quamdiu homines essent, nequaquam facturas fuisse, est mihi persuasum. Quanquã tamẽ id amore sui quasq; facturas fuisse uerisimile sit, ideo quòd amor, quo unumquodq; creatũ ipsius suã naturã prosequitur, proq; ea zelatur, est adeò magnus, ut nullũ prorsus inueniatur, quod suã cũ natura alius cuiusquam, quale illud esse possit, penitus commutare uelit: cùm uereatur nimirum, in tali commutatione eius amittendæ periculum sese incursum. Sed illud ipsum potius homini, quàm creaturis ullis alijs usuuenire, uerisimile sanè sit. Loquor autem hic de natura substantiali, & non accidentali. Nam, quemadmodum senem suam ætatem cum illa quam agit aliquis adolescens, ualetudinarium dispositionem corporis sui cum illa qua sanus aliquis est præditus, omnes deniq; pauperes conditionem suam cum ea quæ diuitum est, libentissimè commutatuos esse: sic eorum qui consensuri sint, ut iua natura taliter immutetur, ut ipsa amplius non maneat, sed in diuersum quiddã transformetur, fore paucissimos, ideo quòd unusquisq; sese reliquis omnibus præstare sibi persuadeat, nullo modo præterire se potest: adeò quidem, ut mirum non sit, nullum istorum animalium, ut homo rursus efficere- tur, sibi persuaderi permisisse. Sed ecce uiculum quendam, qui ad me, securè prorsus pascendo, propius accedit, perelegantem. Quantam quæso ferocitatem animal illud frontetenus præ se fert? cùm tamẽ interea sit

adeò benignum, ut abs hominibus sese contrectari & palpari sinat. Profectò nos homines non parum nature sumus obligati, quòd animal istud effinxerit: cum manifestè perspiciatur, id eam illum in finem fecisse, ut hominem potissima molestiarum eius parte liberaret: quòd quantumuis et maximam fortitudinem indiderit, tamen ita creârit, ut summa cum facilitate per hominem sese regi patiatur. Diutius continere me non possum, quin ex eo explorem, an iste qui in ipsum fuerit transmutatus, fortasse Græcus aliquis fuerit nec ne: id quod mihi factu facilimum sanè uidetur, cum, simulac ad me tam propè accesserit, ut ratiocinantem exaudire potuerit, gradum suum firmiter sistendo, uerba mea non aliter auscultare cœperit, ac si id quod dicerem, prorsus intellexisset. Heus uitule, siquidem id quod maiorem fortassis in modum petas, per eum qui possit, dari cupis, uelim ut mihi dicas, quisnam tu, antequam talem effigiem, quali iam præditus es, consequerere, fueris, & in quo item terrarum loco natus huc aliquando tandem commigrâris. V. Siquidem istud idioma, quo mecum colloquens uteris, proprium tibi sit, patria nobis utrisq; prorsus est una. V L. Itaque dubiũ non est, quin Græciæ patriæ tuæ reuisendæ cupiditate non minori quàm ego ipse, tu quoque tenearis. V. Ego certè quidem Græciam nequaquam cupio reuidere, ideo quòd non ignorem, patriam uniuscuiusq; ubicunq; bene ipsi sit, istic esse. Quare cum mihi, quandiu talis, qualis modò sum, permansero, in hoc tam fertili tamq;

li tamq̄; delectabili loco uiuere concessum sit, ego mer-  
hercule, tametsi maximè possem, ideo tamen ut hanc  
conditionem præsentem mutare mihi necesse non esset,  
in hominē rursus euadere nullo modo uellem. V L.

An' non igitur ulla uel consanguineorum, uel amicorū,  
quos in patria tua reliquisti, memoria te mouet, ut eo-  
rum inuisendorum gratia proficiscaris? Quid? ipsa sal-  
tem patria, cuius unius amor est adeò magnus & effi-  
cax, ut multi fuerint inuenti, qui propter eā res omnes  
periculis omnibus exponere, quin etiam uitam suam  
profundere non dubitarint, ad id commouere te non  
potest? V. Hæc scilicet illarum conditionum, quibus  
homo subiectus, omnes suas cogitationes & curas de  
consanguineis suis, de amicis, de patria deniq; multò  
maiores, quàm de semetipso suscipere tenetur, est una,  
quæ facit, ut ego præsens hoc uitæ genus excolere deinceps  
omnino decreërim. In eo enim uel planè nunquam,  
uel sanè quamrarißimè, & quidem de memetipso dur-  
taxat cogitare solitus, cum reliquis animalibus eius-  
dem mecum speciei (per quorum nullum ulla me mo-  
lestia unquam grauatum fuisse memini, ideo quòd inter  
nos animalium unoquouis, de sese tantummodò (cùm  
omnia illa quorum indiget, nature beneficio consecu-  
tum sit) cogitante, nulla sint oĩa, nullæ inimicitie, nulla  
inuidia, nullæ rapinæ, nullæ, quæ uel ferro, uel ueneno  
procuratæ uideri queant, uiolentæ mortes, nec mala  
ulla alia, quibus humana uita modis adeò miris abun-  
dat, ut à nonnullis sapientum nostrorum miseriarum

oceanus uocata sit) absq; omni cura sollicitudineq; uis tam meã traduco. V L. Id ipsum de nobis affirmare uos animalia minimè profectò decet; & hoc ideo quidem, quòd inter uos uicia deprehendantur multò magis nefanda, quàm inter nos homines: is uerò quisquis ipse purus non est, alium quoq; non debeat culpare.

V. Quanquam non ignorem, quòd inter nos animalia similiter aliqua uicia reperiãtur, cùm lex natura nō patiat, ut ullæ res in hoc uniuerso mundo sit, quin quadantenus reprehensionem mereatur: nihilominus tamen (si quidem unamquãq; nostri speciem bene cōsideraueris) in singulis uicia non plura quàm unum, sicut est, uerbi gratia, in ursis ira, in tigridibus crudelitas, in lupis rapacitas, in porcis gula, deprehendes. quæ omnia, si diligenter inquiras, in unoquouis homine simul coniuncta esse cognosces. V L. Si speciatim tantummodò, nec de singulis hominibus sermonem tuum uelis accipiendum, concesserim quodammodò, te, quod res est, dixisse: ideo quòd fieri planè nō possit, ut in uno quopiam talia uicia reperiãtur omnia, quin ipsius uniuersam naturam destruant omnino: cùm uiciorum ratio longè diuersa sit ab ea quæ est uirtutum: quòd fieri possit, ut uirtutes simul & coniunctim omnes (si cui & uita tam longa, & ingenium tam felix, ut complecti queat, concedatur) in uno homine inueniantur, uicia uerò non item. V. Quam ob rem quæso? V L. Ideo nimirum, quòd uicia sibimetipsis contraria, quem admodum, ut hoc uerbi gratia dicam, sunt timor, au-

dacia:

dacia : auaricia, prodigalitas : simul & unà subsistere non possint : id quod ipsis uirtutibus, cum sibi inter sese contrariæ non modò non sint, uerum etiam aliæ alias adiutent, similiter usuuenire non solet. V. Quasi uerò nullæ uirtutes inter nos animalia reperiantur. VL. Quamuis id quod tu contēdis, ita se haberet: fieri tamen non posset, ut in uobis illæ uirtutes adeò perfectæ essent, quàm sunt in homine. Deinde cum uirtutes omnes in uno homine (sicut antè quoq; dixi) possint inesse coniunctæ, in uobis illarum non nisi una, uel sanè uestre, id est uitulorum, tantummodò speciei ratione paulò plures possunt inesse. V. Vos id quidem sic affirmatis, nos uerò sententiæ sumus omnino contrariæ: adeò quidem, ut ego multò plures in uobis quàm in uobis uirtutes animaduerti, palàm dicere non dubitem. VL. Sed quis huius rei iudex erit? V. Tute ipse Vlysses. Nam si tibi molestum non sit, ut me loquentem attendas paulisper, ego tibi illud tam luculenter & euidenter demonstrabo, ut minimè dubitem, quin tu sententiam contra te metipsum laturus sis & pronuntiaturus. Primum itaq; uelim, ut id mihi respondeas, an isti uestri sapientes iusticiam omnium uirtutum cumulum quendam uel aggregationem esse, eandemq; unam ceteras uirtutes omnes in sese complecti, uerè nò dixerint. Quid enim est id, quod unicuiq; rectam, secundum quam gerere se debeat, regulam præscribendo: forti, ne ita timeat, ut illa pericula, quibus adeundis gloriam consequatur, effugiat: temperanti, ne sese

uel uoluptatibus delicijsq; nimium dedat, uel ullas res  
 alias sese non decentes incommodorum uitandorum  
 gratia committat: mansueto, ne cuiquam ullam faciat  
 iniuriam præcipiat, si non est una illa iusticia? Præter  
 hoc, quid est illud quæso, quòd omnes hominũ actiones  
 tam uoluntarias et liberas, cuius generis sunt uenditio-  
 nes, mutui dationes, locationes, aliæq; similes: quàm eas,  
 quas tum occultè, & quidem uel inuiti coactiq; per  
 indignationem quandam uel per malam consuetudi-  
 nem solent perpetrare, ut sunt furta, prædæ, uenena,  
 prodiones, falsa testimonia: tum manifestè sineq; ulla  
 uerecundia committere non dubitant, ut sunt oppro-  
 bria, percussiones, membrorum lesiones, homicidia, in-  
 iuriæq; id genus aliæ, ordinar: adeoq; earundem actio-  
 num peragedarum modos ad certum quoddam mediũ  
 dirigendo reducendoq; moderatur, si non est una illa  
 eademq; iusticia? V L. Id certè quod iam dicis, est  
 adeò uerum, ut nõnulli sint, qui iusticiam uirtutem in-  
 ternam uocitantes, eandem multò perfectiorem esse,  
 quàm reliquarum omnium ullam confirment: ideo sa-  
 nè, quòd reliquæ solùm benefaciant illi soli, quisquis eas  
 possideat, cum iusticia hominum non duntaxat unum-  
 quemq;, quod ad illum ipsum, uerum etiam quod ad al-  
 ios omnes attinet, respiciat, utilitatemq; non uniuscu-  
 iusq; priuatam, sed omnium communem spectare so-  
 leat. V. Ergo cum uerum sit quod aio, egoque tibi  
 deinde probare possim, quòd inter uos homines iusti-  
 cia uel omnino nulla, uel quã minima, & ea certè qui-  
 dem



dem non uerè iusticia reperiatur, an tu mihi non concedes Vlysses, nullam planè uirtutem inter uos reperi-ri me probauisse? Deinde, si tibi quoq; demonstrare possim, quòd inter nos animalia iusticia multò maior quàm inter uos homines deprehendatur, an non quaeso consequetur ex eo, nos uirtutib. multò pluribus, at-que uos, esse prædita? ideoq; deinde nostram naturam uestræ præstantia anteferendã? V L. Conclusio tua est sanè multò uerissima: sed difficultas omnis in eo consistit, ut illam probes. V. Illanc igitur satis à me probata fuisse tibi uidetur? cum propositiones eandem ipsam inferentes, omni modo probatæ sint. V L. Totã profectò logicam tu deuorasse mihi uideris. V. An id, quaeso te, miraris? cum Græcus ego sim, & Græcos à teneris unguiculis logicæ discendæ operam dare solere non ignores. V L. Perge igitur, perge. V. Duarũ propositionum maiorem illum terminum, qui scilicet est, ubi iusticia non sit, ibi uirtutem quoq; nullam esse posse, iam dudum tibi probaui, cum tute ipse mihi concesseris, illam uirtutes alias omnes in sese continere: qua de causa ( siquidem sic loqui liceat ) omni uirtus sit uocata. V L. Bene sese res habet. cõtentus enim sum, quod ad maiorem: sed minorem mihi demonstrari deinde uelim. V. Quin illa quoque uerissima sit, dubium profectò non est, siquidem illa sapientum uestrorum propositio, quamlibet nimirum causam per suos effectus cognosci, tam celebris, ut in ore omnium uersetur, uera sit. Atque hac de re nullius, præterquam

tuum ipsius audire cupio testimonium: ideo quòd mihi modis omnibus persuadeam, te, si modò hominum actiones diligenter consideraucris, eadem ipsum, quod ego dico, esse dicturum. V L. Illud fortasse facturus essem, si quidem omnes homines uno & eodem modo operarentur. V. Ut sit, illud sanè sufficit, quòd illorum potiore partem, cuius respectu semper de re ipsa iudicandi sumi debet occasio, iniuste agere sis animaduersurus. Atq; si modò inter uos aliqua iusticia naturaliter sic, ut & inter nos, inueniatur, uel si secundũ legem illam, quæ per naturam cordi uestrũm cuiuslibet inscripta est, uiuatis, quid tanta queso legum multitudine, quas uobis ipsi tulistis, opus est? quamuis eadem ille, quemadmodũ trito inter uos prouerbio dici consuevit, granearum telis, in quibus animalium maiorum eas sua grauitate perumpentium nulla, sed muscæ tantummodò maneant impeditæ, sint assimilatæ. V L. Quanquam uerum sit, quòd, si quisq; faceret alij, quòd cunq; sibi, quemadmodum lex ipsius nature iubet, fieri uellet, nullis præter id unum legibus esset opus: easdem tamen ipsas non usquequaq; esse reiiciendas, ego statuo: cum maior illarum pars ad legis naturalis declarationem sit introducta: à qua si quidem uel ad latum unguẽ discedant, pro iustis teneri nõ possunt: cum (id quod tu quidem meritò scire debeas) quemadmodum rerum speculatiuarum nonnullæ sunt quasi quedam principia, eaq; & per suam ipsarum naturam, & per lumen intellectus, cuius ad eò notæ sunt, ut eas rationi

Nonibus argumentisq; demonstrari necesse non sit: cuius generis, ut hoc exempli causa dicam, est illud, quòd una eademq; res esse & nò esse uno eodemq; tempore non possit: nonnullæ uerò contrà sunt quasi quedam cõclusiones ex illis prioribus & enatæ, & in illis ipsis fundatæ: sic in rebus actiuis sint quedam quasi lumina, principiaq; naturalia, per noticiam propriamq; sui naturam quandam cunctis omnino mortalibus communem, unicuius eorundem planè nota: è quibus est illud, exempli gratia, ut quodcunq; tibi ab alijs fieri nolis, ijsdem quoq; tute non facias. Ex eiusmodi principijs leges illæ scriptæ sic proficiscuntur, ut super ijsdem fundatæ esse non desinant. V. Mihi uerò planè uidetur, leges illas à uobis introductas fuisse, ut ad libidinem uestram rationem illam naturalem interpretari, eandemq; huc & illuc, sursum & deorsum, non aliter quàm uobis collibitum sit, inflectere perstitis: id ipsum, quod reuera prorsus est iniustissimum, uerborũ phaleris adhibitis iustissimum esse declarantes. Atq; si tu illud ipsum quod tibi dixi, per experientiam cognoscere uolueris, doctorem tanto meliorem quenq; iudicari, quanto melius legem quandam ad affectuosam suam uoluntatem nouit accommodare, perspicies.

VL. Loquere mihi de legũ proprietate, non de eo, quòd malè soleant usurpari. illud enim nisi feceris, scito me hac in parte tibi non astipulaturum. Et certè malim, ut ad superiorem nostram ratiocinationem denuò reuersus, mihi demonstres illud esse uerum, quòd inter

nos iusticiam planè nullam reperiri dixisse te memini.

V. Id scilicet est illud, & non aliud, ad quod iam dudum animo sum intento. atq; ut rem omnem penitissimè possis intueri, cum primis opus erit, ut animaduertas, iusticiam duas in partes, quarum una distributiua, altera uerò commutatiua uulgò nuncupetur, tribui solere. Illa prior & in honoribus impertiendis, & in pœnis infligendis occupata, bonis honores & præmia dat, malos autem punit & castigat: hæc uerò posterior, dum in rerum ad humanos usus necessariarum permutatione tota uersetur, id operam dat, ut paria pro paribus in negocijs ultrò citroq; contrahendis reddi iubēs, ciuilem pacatamq; aliorum inter alios uitam cōseruet. Iam si neutra illarum partium inter uos inuenitur, ipsum certè totum, quòd id nihil aliud omnino sit, quàm partes ipsius, nō inuenietur. V. L. Verū enim uerò quis erit, qui me de eo, quòd illarum iusticiæ partium neutra prorsus inter nos inueniatur, edoceat & certiore reddat? V. Quis? ipsa certiore te reddet experientia: & nisi per proprium tui amorem te falli decipi q; uelis, tute ipse. Nam, ut de priore iusticiæ parte loco priore in questione loquamur, quam, amo te, paritatē, quam ueram sineq; ullo personarum respectu fascinatam sinceritatem, tam in honorum & præmiorum, quibus hominum bonorum uirtutes ornari, quàm pœnarum, quibus hominum econtrà malorum uicia castigari debebant, inter uos inueniri posse putes? cum ipsa ocularis experientia testetur, quòd homines &

boni

boni & uirtutibus addicti permulti, non tantummodò nulla sint inter alios auctoritate, uerumetiam sepiſſime ab iſdem alijs opprimantur, inſeſtentur, in exilium mittantur, & alijs deniq; iniurijs, pluribus quàm ſexcentis afficiantur. V. L. Bona quæſo uerba, uirtule mi. nã res eſſet nimis impia, ſi qui homini uirtutibus ornato ſine cauſa malè facere nō uereantur. V. Quòd ſi cauſam reuera in homines uirtuoſos ſeuiendi nō habeant ullã, ſine ullo negòcio mox aliquam comminiſcuntur. In id enim totis uiribus incumbunt, ut eorum auctoritatem coram alijs hominibus adeò contemtibilem reddant, ut iſti eos non modò nullo numero nulloq; loco habere, uerumetiam occaſiõe in eorum uitam moresq; quàm diligentiffimè inquirendi oblata, uicia in illis, quæ nunquam fortassis animaduertiſſuri fuiſſent, euidenter animaduertere incipiant. Quòd ſi Græciæ noſtræ ciuitates, tam illas quæ per principes adminiſtratae, quàm ceteras quæ per optimates imperiũ uel publicum gubernatae fuerunt, aliquantulum diligenter conſideraueris, inuenies proſectò, malis hominibus loco numeroq; præclaro habitis, bonos ne unius quidem aſſis æſtimatos fuiſſe. idq; eorum, quos præmia communicare, pœnasq; ecòtrà irrogare oportebat, amoris inordinati, quo ſemetipſos proſecuti fuerunt, errore: qui ſepenumero uel propter ſuam ipſorum utilitatem, uel propter id quòd ipsis ita placuerit, uel propter aliam quandam, rationi minimè conſentaneam affectionem tantopere corrumpi ſeſe paſſi ſint, ut quemadmodum propter

propter unam eandemq; actionem uirtute dignam, unum quendam premio decorari, alium uerò nihil omnino pluris æstimari: sic etiam propter unum & idem uicium, unum quendam grauiter puniri, alium uerò non modò non puniri, uerum etiam premijs affectum, ad honoris insuper aliquem gradum promoueri solitum, fuerit animaduersum. V L. Esto id quod tu dicis, inter nos iusticiam distributiua non inueniri, uerum: at quomodo quæso inuenitur illa inter uos animalia, qui dixeris uos esse nobis longè iustiora? V. Eam profectò, quatenus ad uitam naturamq; nostram pertinet, eatenus inter nos inueniri, tu per te metipsum, siquid è nostras actiones, in primis uerò pugnam aliorum cum alijs considerare uolueris, intelliges. Videbis enim nos animalia omnia ei quod uictoriam obtinuerit, applaudere & congratulari: ea uerò quæ succubuerint, post commissæ pugne tempus, in perpetuum uelut inutilia contemnere solere. V L. An hoc uerum sit, nec ne, id uos per uosmetipsa iudicare decet: ad me quod attinet, ego id tecum multis disputare non uolo. Itaq; deinceps ex te scire cupio, quantum iusticiæ commutatiuæ inter uos inueniatur. V. Inter nos sanè tantum, quantum inter uos: qui eius ne minimam certè quidem habeatis particulam. Differentia uerò, qua, quod attinet ad eam iusticiæ partem, nos à uobis discrepamus, est hæc, quòd inter nos ideo non inueniatur, quia nos, quæ res omnes inter nos communes habeamus, eius non indignamur: inter uos autem quantumuis uel maximè omnium

nium

nium uigere debeat, ideo quòd unusquisq; suum ab alie  
no distinctum & separatum habentes, sine ipsa libera-  
liter uiuere non possitis: uos tamen auariciaq; & scele-  
rata diuitiarum fame, qua quisq; uestrum laborat peri-  
culosissimè, commoti, eam è medio uestri ablegastis &  
exterminastis. Inde fit, ut nunquam quicquã aliud a-  
gatis, nisi ut alij aliorum possessiones inuadere cogite-  
tis, & id quidem nulla uel honestatis, uel iusticiæ in-  
commercijs & rerum inter uos ultrò citroq; cõtrahen-  
darum commutationibus habita ratione: adeò ut quis-  
quis ex negotiatione sua lucrum siue licitum, siue illi-  
citurum, si modò maius quàm ceteri è suis contractibus,  
percipiat, aliorumq; oculos ita fascinans, ut quæ bone,  
quæ item male merces sint, uidere nequeant, circum-  
ueniendo quamprimùm diues euadat, is inter uos &  
omniũ præstantissimus & optimus item esse reputetur:  
quãquã quod ad hoc attinet, ego pro me sic decipiètes  
excusatos habēs, & ceptis iniuriã fieri non putē. **VL.**  
Quamobrem uerò sic? cum quemadmodũ tu dicis, eo-  
rũ facinus adeò sit iniustũ. **V.** Ideo quòd is, qui diues  
est inter uos, quantumuis illarũ partium, quæ proprie  
sunt hominis, non habeat ullam, tamen à uobis idem i-  
pse tanti fiat, ut ego diuitiarum conquirendarum gra-  
tia uel quiduis ab eiusmodi rectè fieri uos ceteros exi-  
stimare putem. Quàm multos, amabo te, uideas inter  
uos, qui si pauperes essent, pro stultis haberentur? Imò  
non solum in nullo honore essent futuri, uerum etiam  
despecti contemtiq; non aliter quàm seræ & luestres  
fugaren-

fugarentur : qui propter id, quia diuites sunt, sic amantur, adeoq; magni aestimantur, ut quodcunq; demum & faciant & dicant, laudetur : quantumuis & faciant & dicant sepiſſimè, quæ stultorū propria sint, non sapientum. Virtutem contemnunt, aliudq; nihil habent in ore frequentius ac illud, quòd quisquis opes non habeat, stultus habitus loco numeroq; planè nullo sit : itè quòd, quisquis uirtutem sectari uelit, sectari sanè possit, rem tamen omnem in eò consistere, si quis sit diues: aliaq; generis eiusdem dicteria inconsideratè prorsus nulloq; cum iudicio solent effutire : adeoq; in quærendo lucro sunt occupati, ut quando ex hac uita iam discedunt, an unquam uiixerint nec ne, modis omnibus ignorantes, neq; suam ipsorum, neq; ullius rei in hoc uniuerso mundi theatro comprehensæ siue pulcritudinem, siue naturam cognitam perspectamq; unquam habuerint: adeò certè quidem, ut hæc rerum uniuersitas per istos in illo chao uel confusione, in qua erat antè quàm sic ab ipsa natura, ut nunc est, ordinaretur, optimam permanendi occasionem uideatur habuisse. Sunt enim diuitiarum desiderio modis adeò miris excæcati, ut in easdem oculos suos semper intentos & coniectos habentes, illos ad pulcritudinemq; & rerum conditarum ordinem, quoad is quidem continua quadam giratione ipsos circumit, sic considerandum, ut ex ea consideratione medium & quasi scalam, per quam ascendentes ad aliarum rerum maiorum & diuinarum cognitionem perueniant aliquando tandem, inueniant, nunquam  
 prorsus



prorsus attollere consuerint. Quod quamuis ita sit,  
 trunci tamen isti fiunt à cæteris uobis quammaximi. At  
 uerò si pauper aliquis in uobis inueniatur, is in con-  
 trariã partem fit adeò parui, ut & uerba & consilia  
 eius aut hominum qui aliorum pedissequos agentes, &  
 eosdem ponè subsequentes, eorum sarcinas portare so-  
 lent, auctoritati, aut meretricularum, quæ sese pro re  
 uel omnium uilissima prostituunt, pulcritudini compa-  
 rentur. V L. Ut illas iniusticias in actionib. humanis  
 deprehendi solitas oratione tua persequi nolis, te rogo.  
 Nec enim nescius egomet ipse sum, homines quammul-  
 tos esse, qui sui ipsorum amore ducti sæpenumerò non  
 duntaxat illud quod non debebant, sed & hoc quod  
 iam nunc affectuum suorum prauitate maliciaq; libe-  
 rati sese nunquam commisisse uellent, committant.  
 Inde tamen non efficitur, quòd inter nos iusticia nulla  
 sit: cum præter id genus homines alij multi reperian-  
 tur, qui ne tantillum quidem contra iusticiã tam distri-  
 butiuã, quàm commutatiuã leges perpetraturi sint.  
 quorum exempla non adducam, quòd & talium recen-  
 sione lōgiore tibi molestus esse nolim, & chartas id ge-  
 nus exemplorum refertas esse non ignorem. Vestræ de-  
 inceps actiones istæ, quas tu mihi commemorauisti, li-  
 cet ita sint ordinatæ, ut earum dispositio iusticiã præ-  
 scripto uideatur esse congrua, nihil tamen minus ac in-  
 ter uos esse iusticiã demonstrant. V. Quam ob rem  
 quæso? cum res unaquæuis effecta per efficientem sui  
 cognoscatur. V L. Ob eam uidelicet, quòd actiones

istæ sint in uobis consuetudo quædam, quædamq; proprietates, quam ab ipsa natura hausistis: quæ natura cum non ignoraret, quod uos uestro Marte per semitam illam, quæ uobis esset omnium optima, ducere neq; nouissetis, neq; possetis etiam, eadem uos ad utilitatem uestram semper ita dirigere cõsueuit. Atq; dic mihi quæso nonnihil, si modò potes, quid propriè sit iusticia.

V. Iusticia scilicet est constans & perpetua quædam uoluntas, unicuiq; id quod est suum eo modo quo conuenit impertiendi. Talem etenim eam esse, & sapientes illos Græciæ uestræ uiros affirmare solitos esse memini, & ego quoq; talem esse puto. quod recte ne an perperã facio? V L. Rectè uerò facis, si modò per istam uoluntatem habitum quendam ipsius iusticiæ per actiones frequentes comparatum intelligas: ideo quòd is, quicumq; semel aut bis tantummodò iuste facit, iustus appellandus non est: sed is solùm, quisquis uel semper, uel cum minimum potissimo uitæ suæ tempore ex eiusdem præscripto uiuit. V. Ego quoq; sic prorsus intelligebam. Nec enim ego magis atq; tu fortassis ignoro, quòd istæ potentie, quæ nunquam prodeunt in actum, ita friuolæ uanæq; sint, ut fieri non possit, quò sic iure nominentur. V L. Hoc itaq; cum sese sic habeat, quàmnam, quæso te, iusticiam uis tu in uobis inesse, quæ uoluntatem istam, proprium illius, quo tanquam fundamento innititur iusticia, subiectum non habeatis? & illud ideo quidem, quòd illa potentia, quemadmodum non potes ignorare tute ipse, rationalis sit, &

eadem

ea de causa creaturis saltem rationalibus conueniat.

V. Sed quamobrem queso in appetitu sensitiuo, quem nos non minus habemus atq; uos, pariter inesse non possit? V L. Ideo nimirum, quòd ipsa iusticia illam appetitus partem, quæ cognitionem consequi solet, moderatur. Ea uerò est ipsa uoluntas, quæ sequitur intellectū, qui non modò res cognoscit, cum illud ipsum quoque de sensu possit affirmari, uerum etiam earundem proportionem ipsam perspicit: unde fit, ut quid unicuiq; negotio maxime conueniat, quid item non, discriminatim dijudicare queat: id quod sensus eodem modo facere non potest. V. Quòd si nos nulla prædita simus iusticia, quid igitur est illud, quod appetitum nostrum sic refrenat, ut alteri, nisi quòd iustum sit, nihil omnino faciat? cum nos animalia ( quemadmodum tibi supra demonstrauimus ) multò iustius quàm uos homines inter uos uiuere soletis, alia cum alijs conuersantia uiuamus? V L. An igitur id tibi non dixi? Lex quædam scilicet est, quæ naturæ beneficio uobis ad utilitatem uestram sic est ingenerata, ut secundum illam quælibet uos agere necesse sit. Actiones autem istæ, quæ ab ipsa natura proficiuntur, neq; laude, neq; uituperio dignæ sunt. Hinc est, quòd neq; lapis aliquis, quia deorsum, neq; ignis, quia sursum tendat, laudem, uel in contrariam partem uituperium mereatur. Nunc deinde, si tu mihi dicas uos omnia agere liberè, ideo quòd uobis appetitum esse liberum uos putare cogitem: tibi respondebo, quòd quantumlibet hoc ita esset, uos tamen

id quodcumq; faciatis, neq; perfectè, neq; distinctè cognoscere: indidemq; consequi deinde, uestras actiones reuera bonas appellari non posse, cum ad id, ex quo actus aliquis talis, qui cum uirtutis laude coniunctus esse perhibeatur, existere debeat, uel imprimis requiratur, ut is, quisquis operatur, id ipsum quod operatur, & intelligat & sciat. V. Ista quæ dicis, argutiæ sunt & astutiæ, quas uos homines per uosmetipsos, cum in finem, ut omnium principes esse uideamini, confinxistis: cum is quicumque uestras actiones animo attento considerauerit, affirmaturus omnino sit, quòd, si saltem aliqua sit in uobis iusticia, ea omnis in solis tantummodo uerbis consistat. quæ quidem res nobis animantibus, quæ nullo modo quicquã, quod ab internis nostris actionibus alienum sit, longè aliter sanè quàm uos, significare possimus, nunquam solet euenire. VL. Sed illas, quæ à iusticia proficiscuntur, actiones, aliquantum distinctius secundum eam, quam tu mihi dixisti, & quidem uera est, examinemus iusticiæ definitionē. Sic enim uidebis, te, uos multò iustiora esse quàm nos affirmare non ueritum, non parum falli & à uero aberrare. Nam, cum iusticia uelit suum unicuiq; tribuendum, ideoq; dijs ipsis honorem illum, qui illis summo iure debetur, imprimis impertiendum: & is honor siue iusticiæ quedam pars, siue specialis quedam uirtus, cum eadem commissa conglutinâque, sit illud ipsum quod à nobis religio nominatur: uos autem non modò deos ipsos non cognoscatis, uerumetiam, quod amplius est,

est, nullam uel intellectum, uel fidei conceptum habentia, ipso nimirum rationis discursu ( cuius unius beneficio uel ipsius rerum motus, uel eiusdem motus accidentium, per semetipsa nequaquam subsistentium, sed in alio quodam perpetuo innitentium, conditionem considerare conuenerat ) carentia, ad motoris ipsius, aut uel lius alius separatae ab illo naturae cognitionem nullo tempore peruenire ualeatis: equidem peruelim, ut mihi dicas, quomodo uel ipsa tota iusticia, uel eiusdē pars saltem aliqua inter uos inueniatur. V. Quod attinet ad hoc, equidē id ipsum ignorare me fateor: nisi quòd inter nos tamen quaedam animalia inueniantur, quae singulis temporibus matutinis exorientem primū solem reuerantur, eum procul omni dubio maximum totius naturae ministrum esse arbitrata. In auium deinde numero quaedam sunt, quae eidem soli, simulatq; mane supra nostrum aequatorem eleuatus apparuerit, gratias acturae, uolatu in sublime uersus illum sese attollunt, & cantibus editis quasi demerentur. Verū enim uerò quid est quòd ego loquor de nobis, quae animalia simus animata? cum & herbae quaedam sint, quae eundem quadamtenus adorare uideantur: quia continuo quodam motu folia floresq; suos ad ipsius conspectum conuertant. VL. Ah, illud à cognitione, quam tu uel illa tui generis animalia, uel herbas de sole, ueluti re quadam diuina, concepisse putes, non oritur, sed ipso, quem à luce caloreq; solis adipiscuntur, uigore, quo ipso ut magis ac magis perfruantur, solem uersus

se se dirigunt, & hac ipsa oblectatione quam sentiunt, leticiae quaedam, ut ita dicam, signa demonstrant. Perge deinceps, & illud officium, quod & patriæ & parentibus nostris, pietas à nobis appellari solitum, debetur, expende. Igitur quantum attinet ad id, quod patriæ (cui non minus quam uel ipsis parentibus obligati sumus) debetur, de eo equidē nihil omnino loquar, ideo quòd, quemadmodum nulla sunt inter uos distincta rerum dominia: ita quoq; neq; patriam, neq; locum ullū alium unumquodq; uestrū uobis proprium habetis. de illis uerò quæ uos generauerunt, aliquantulum reor esse dicendum. Quoniam igitur seruitio, quānam amicitia uos ea, quæ non diutius, nisi quatenus uobis sub illorum cura subesse necesse est, cognoscitis, prosequi potestis? V. An' non igitur inter nos inuenis nōnulla, quæ suis quasi progenitoribus officium præstēt? Contemplare enim mihi, amo te, nonnihil ipsam ciconiam, quæ patrem matremq; iam senectute confectos amplius uolare non posse conspiciens, in nido restitantes enutrit & sustentat, adeò quidem, ut ne proprio sanguini ducat esse parcendum. Animaduerso deinde plumis eosdem destitutos esse, suas proprias euellit, & his eorum tegit nuditatem, cum quidem in finem, ut ne ullum uel à frigore, uel alioquin ab aere detrimentum patiantur. VL. Sed quid ex hoc inferre te posse putas? cum tale quiddam in una tantummodò uestri speciei deprehendatur. alia nanq; præter ciconiam animalia, quæ faciant idem ipsum, non inuenies ulla: ut ta-

ccam,

eam, quòd de eiconia quoq; possit affirmari, eam illud officium potius commodi sui proprii, quàm patris matrisq; restaurandorum gratia facere uideri: quia ex eo, quòd post cibum à sese conquistum unà cum ipsis in nido permaneat, naturaliter frigidissima esse deprehensa, sui calefaciendi ergò facere censeri possit. Si deinde ad illa, quæ subditi suis uel superioribus, uel ijs qui propter insignem quandam uirtutem digni sunt, ut meritò plus quàm ceteri colantur, debent officia, obedientiæ siue reuerentiæ nomine designata, accedas: quòdnam, queso te, uestigium uel signum id genus officiorum inter uos inuenitur? V. Quid est opus Vlysses, ut ista in nobis animantibus requiras? quæ istis officijs ideo, quòd omnia simus inter nos equalia, non teneamur. Quamuis in illis interim animalium speciebus, quæ sui ductu opus habet, (cuius generis et græcæ et apes ipsæ sunt) obedientiam reuerentiámq; quæ aliæ minores maiores alias prosequantur, animaduersurus equidem sis longè maximam. VL. Illud ipsum naturalem quandam inclinationem si dixeris, rectè dixeris. Præterea si illud officium, quod istis qui beneficium aliquod in te contulere, debetur, et à nobis gratia siue gratitudo nominatur, perpendas, quæ nam pars istius est inter nos? V. Dij boni, an non itaque uides tot inter nos esse, quæ non modò inter sese sibi grata sint; uerumetiam uobis hominibus, ideo quòd cibum, necnon res alias, quibus opus habent, inde consequantur, inscruiant? VL. Illud quidem posterius

est ita uerum, ut quatenus uobis bene placuerit, eate-  
 nus nobis inferuiatis: id quod tum uel in primis expe-  
 rimur, quando uobis omnium istorum, quæ liberaliter  
 à nobis accepistis, beneficiorum mox oblitis, nostri cal-  
 cibus uestris conculcandorum, uel alijs, pluribus sanè  
 quàm sexcentis, malis afficiendorum datur occasio. De  
 amicitia, quòd in uos ea cadere non possit, equidem ni-  
 hil dicam. De ista uerò loquor amicitia, quam animus  
 illa uirtute, quam amicitia pro fundamento habet, in-  
 citatus & commotus, libera quadam electione sibi con-  
 ciliauit: non de naturali, cum in ista iusticiæ pars consi-  
 stat ne certè quidem minima. De cura deinceps, quam  
 erga nobis inferiores, singulari quodam cum iudicio  
 coniunctam gerere oportet, quid item dicam? Ea enim  
 ipsa, & res aliæ omnes, de quibus supra diximus, cum  
 rationis iudicium habeant pro fundamento, in uobis a-  
 nimantibus nequaquam deprehendi possunt. Quare  
 cum nulla planè polleas intelligentia & rerum noti-  
 cia, meritò in posterum cauere debeas, ut eò stulticia  
 ne prolabaris, qua uestram conditionem nostra melio-  
 rem esse, nugari pergas. V. Ego illud ipsum tecum  
 diutius disputare non uolo: & id ea quidem de causa,  
 quòd, quamuis tu me (qui multò minus in ea arte  
 exercitatus quàm tu, tibi respondere non queam) uer-  
 bis conuicisses: meam tamen opinionem illam (quòd  
 eadem & per experientiam & cognitionem sensiti-  
 uam quæ, quemadmodum ego quidem iudico, certi-  
 tudine sua cognitiones alias omnes longè superat) cõ-  
 parata,



parata, mihi uerior esse uideatur ) in animo meo uelut infixam, perpetuò retinere uellem: adeò certè quidem, ut cum tibi pro tuo erga me animo beneuolo gratijs peractis, tum abs te quoq; sumta licentia discedere, & quemadmodum nunc uiuo, sic in posterum quoq; uiuere me uelle mecum decrerim.

## DIALOGVS DECIMVS.

Vlysses, Elephantus.

**R**es est profectò perquam miranda, quòd è Grecis adeò multis, cum quibus per Circen in uaria animalia transmutati haecenus equidem sui collocutus, nemo planè sit inuentus, q rursus in hominè cõuerti uoluerit. Atq; si prouerbiũ illud, quod in Graecia nostra frequẽter usurpari solet, Fieri nimirũ non posse, ut id quodcunq; dicãt multi, omnino falsum sit: in rebus omnibus esset uerum, inde sanè iudicare me posse putarem, animalium ratione carentium naturam nostra esse multò meliorem. Atqui illud ipsum prouerbiũ in rebus istis, quæ ad uitam hominis actiuam pertinent, tantũmodò locum habere necesse est: ideo quòd, quotiescunq; de intellectu nostro, qui circa ueritatem, ipsamq; rerum naturam uersatur, sermo fit, alterum quoddam, huic iam posito planè contrarium, eosdem sapientes usurpare prouerbiũ sepißimè audiuerim, ita uidelicet unumquenq; sapere debere, quemadmodum hominum paucissimi. Præter hoc quoq; semper intellexi,

O 5 nostros

nostros illos eosdem sapientes, uulgo ipsi uaria tribuere solitos epitheta, illud errans, instabile, uolubile dixisse, alijsq; aliarum qualitatuum quamplurimis, omnibus interim sapientiæ paucitatem iudicijq; eiusdē uulgi imperfectionem significantibus adiunctis descripsisse. Quare cum utriusq; prouerbij natura per longam experientiam uera esse deprehensa sit, fieri certè quidem non potest, ut utrumq; eadem de re intelligentes, uerum esse, defendere queamus: ideoq; omnino necesse est, ut unum eorum de practicis negocijs, alterum de speculatiuis intelligamus. Quare cum cognitio nobilitatis humane nature, perfectioq; illa, qua ceterorum animalium intellectu carentium, & sic ratiocinari nõ ualentium perfectionem homo uincit, ad partem contemplatiuam, cuius officium est, ipsam ueritatem inuestigare, pertineat: mirum profectò non est, si plures sæpenuerò magis errent, quàm pauciores. Itaque cum Circe mihi socios meos iamdudum restituerit, & nauis unà cum ipsis, excepto me, nihil exspectet, egoq; prouideam, è meis laboribus fructum me nullum prorsus esse consecuturum: tempus autem non ita frustra, què admodum factum fuit hæcenus, in posterum mihi perire: & ut illorum ignorantia mihi non aliter ac illismet ipsis incommodet, nolim permittere: incommodaturam uerò, si maneam hic diutius, dubium nõ sit, ideo quòd, quandiu inter feras hæc commorer, quantumuis homo sim, tamen secundum imaginationem & memoriam, illarum instar, tantummodò sim uicturus: qui

inter

inter alios homines uitam cum arte rationeque; coniunctam degens, artisque et cognitionis illius beneficio ad perfectionem meam quotidie propius accedere, imò de die in diem quadam perfectionis eiusmodi parte mihi comparata, tandem aliquando id, ut mihi animo multò tranquilliore, multoque magis contento, quam nunc esse liceat, consequi possim: equidem nihil è re mea magis futurum esse uideo, quam ut huic loco ualedicto, rursus domum meam me conferam. Ad naues itaque nos, o socij aliquando tandem mihi restituti, rectà conferentes, de nullis alijs, nisi de nobis ipsismet cogitemus, aliàs stulticiam commissuri profectò longè maximam. Sed quòdam animal magnitudinis prorsus inusitatae ad illam maris ripam deambulare uidere uidcor? Siquidem eo, quod inter me et illud est interpositum, loci spacio uisus meus impeditus non fallatur, est elephanta. Dii boni, quàm magna est naturæ in animalium generatione uarietas. Eius aspectus modis adeò miris me delectauit, ut nihil antiquius sim reputaturus, quàm illud, quisquis in eum conuersus est, natione Græcum fuisse: id quod an ita sit, nec' ne, ex illo ipso sanè queram. Nam si unicum duntaxat inuenire possim, qui opera mea rursus in hominem transmutaretur, equidem mihi uideretur, meas molestias me non omnino frustra suscepisse. Heus, heus elephante, siquidem tu unquam homo fuisti, qualem te olim fuisse planè puto, uelim ut mihi dicas, qualis antè, quàm istam effigiem, qua nunc præditus es, adipiscerere, fueris. E. Græcus equidem

equidem fui, ex Athenis ciuitate famosissima, ubi longissimo temporis spacio operam philosophiæ dedi, oriundus: fuitq; mihi nomen Aglaophemo. Verumenimvero quid causæ sit, cur tu illud ipsum me roges, te mihi non grauatè explicaturum confido: qui scias nimirum, philosophos ipsos in aliud nihil incumbere solere, præterquàm in id, ut rerum cognoscendarum desiderio, per naturam cuiq; mortalium concesso & ingenerato, satisfaciendi gratia, earundem omnium causas perquàm diligenter inuestigent. V. Infinitæ dijs ipsis gratiæ sint actæ, quòd nunc aliquando tandem in ueritatis amatorem, & eum, qui reuera hominis appellationem mereri uideatur, inciderim. Notum tibi sit, Aglaopheme mi, Circen mihi pro sua erga me benignitate concessisse, ut Græcis omnibus, quotquot hic in ipsius insula ab eadem aliquando in feras commutatos inuenerim, humanam effigiem restituam, eosdemq; deinde mecum in patriam ipsorum reducam: sed illud tamen tali cum conditione concessisse, ut ijs saltem qui meæ hac in re uoluntati assentirentur, illud beneficiũ conferre possem. Ego igitur amore patriæ compulsus, in id summis conatibus incumbendum esse putauit, ut omnes illos, quotquot hic offenderem, ab hac seruitute tam misera uindicarem. Quanquam uerò iam multos allocutus fuerim, nullũ tamẽ inueni, qui uel homo rursus effici uoluerit, uel quãta sit humanæ naturæ nobilitas, belluina uerò uilitas et imperfectio, perspicere potuerit. E. Veràm quid est Vlysses, quod te cõmoueat, ut me

ut me illis omnib. ingeniosiorē & docilem magis esse cogites: quodq; me, q̄ hominis uocabulo nūcuper, multò digniorē quàm ceteros illos esse iudices? V. Illa nimirum profectio, quam te, quandiu fueris homo, factitasse significasti. Ea enim unam ueritatem modis adeo miris amatq; & desiderat, ut aliud nihil agat, nisi ut in ea perquirenda peruestigandaq; continuo sit occupata. Quare cum illorum, cum quibus antea sermonem contuli, quidam rustici, quidam piscatores, quidam medici, quidam legumperiti, quidam uiri nobiles extiterint, illiq; omnes & utilitatem & iucunditatem siue uoluptatem præcipuè uitæ suæ scopum sibi præfixam habuisse uisi sint, illi quidem omnes bestia tales, quales iam sunt, in posterum permanere uoluerunt: ideo, quia sibi planè persuaferint, quod & utilitatis & delectationis ad corpus ipsum pertinentis longè plus in isto uitæ genere percepturi sint, quàm si rursus in humanam naturam, quantumuis in eo ipso reuera quammaximè fallantur & decipiantur omnes, conuertantur. tu uerò philosophus cum sis, philosophi uerò solam ueritatis cognitionem pro meta sibi habeant præfixam, dubium certè quidem non est, quin illas corporis oblectationes nullius omnino precij momentiq; sis æstimaturus, ut uidelicet animi uoluptatem perfectionemq; consequaris. id quod cum sit opus humanæ tantummodò proprium naturæ, si quis ad illud ita, quemadmodum decet hominem, incubuerit, is hominis appellationem meretur: isti uerò, cum quibus collocutus ego sum,

cum

cum tale nihil operentur, accidit ut appellatione ferarum digni habeantur: & ut homines uocentur, non magis mereantur, quam id quodcumque non urit, ignis: & id quodcumque nullum splendorem ex sese emittit, lucis appellationem meretur. E. Equidem quoad homo fui, ueritatis usque fui amicissimus, eaque sola de causa commotus, operam (quemadmodum tibi dixi) longissimo temporis spacio dedi philosophiae: & propter idem ipsum patrie meae ualedicto, mundum peragrans, quendam, qui me ad eius secreta introduceret, diligenter inuestigauit: & id quidem ad illud usque tempus, quo ad haec, quemadmodum tu uides, litora Circes appulsus, per ipsam in elephantum fui commutatus: cuius animalis natura num uestra melior nec ne sit, equidem nondum certo mecum constituere potui: id quod me commouet etiam, ut tibi mox non assentiri, sed uerorum philosophorum morem secutus agere tecum uelim. Veri autem philosophi sic sunt affecti, ut quantumuis nulli plane rei, nisi prius adductis eius rationes audierint, astipulentur: nullam tamen sibi propositam, quantumlibet eam uel non intelligant, uel ordini naturali tantoperè contrariam esse putent, ut per semetipsam manifestè falsa esse uideatur, soleat improbare. Illud ea faciunt de causa, quòd quisquis somnium, quod ipse intelligat, id uerum esse credat, reuera stultus haberi possit. Illos, inquam, ego secuturus, hic restitabo: & illas, propter quas tibi uideatur, te in me, siquidem humanam naturam mihi restituas, beneficium conferre

conferre posse maximum, rationes ex te diligenter attendam. quæ sanè si tales erunt, ut uestram naturam nostra meliorem esse, ita, quemadmodum te planè tecum statuere apparet, manifestè conuincant, ego mediisfidius hanc bestialem quamprimùm relinquam, & homo rursus effectus, tecum magna cum animi alacritate in patriam meam reuertar. V. Tuus ille sermo, & id quòd tam modestè, & non aliter omnino quàm uerum philosophum decet, mecum procedas, tam uehementer me delectauerunt & affecerunt, ut ego quoque uicissim promittere tibi nò dubitem, me, siquidem tu uestram naturam nostra meliorem esse probaueris, cum Circen obsecraturum, ut & me in aliquam bestiã conuertat, tum hic unà tecum deinceps esse uicturum. E. Ad illud ipsum ego sanè non temerè me obligauerim: ideo quòd, quamuis mihi uideatur, me non admodum curare, siue in hominem rursus conuertar, siue non, te tamen, ut tuam naturam cum belluina commutes, animare & incitare non uelim. Tantam etenim alterationem, tantamq; molestiam in mei transmutatione sentiebam, ut occasionem magnam equidem habere uidear, propter quam tibi, ut altera uice conditionem uitæ meæ commutem, facile non assentiar. Præterea, ut dicam liberè quod res est, ego quidem reuera in hoc presenti uitæ statu tot tantasq; commoditates experior, ut eundem uestre uitæ statu meliorem esse non possim non iudicare. Verùm quibúsnam quæso rationibus tu adduceras, ut uestram naturam nostra tanto-

perc

pere præstantiorem esse iudicans, me ut humanam rursus appetam, ad eò uehementer incites? V. Dicam tibi. Et quia philosophus es tu, ego quoq; tecum agam philosophicè. Tu non ignoras, quòd quantumuis in hac rerum uniuersitate species creaturarum tam multæ sint, ut enumerari non possint, nulla tamen inueniatur, quæ propriam quandam & particularem non habeat actionem. id ipsum propter formam, quæ illi talem naturam, qualem habet, impertitur, in ea ipsa creatura efficitur. Inde fit, ut aliter omnino facere non possit, quin quatenus à natura sua non destituatur, eatenus operetur & agat. E. Id quemadmodum dicis, ita est: atq; si aliter esset, eam certè quidem natura fecisset in uanum: id quod, ut ita factum sit, fieri nullo modo potest. V. Scis deinde, quòd ipsa natura, & rerum subsistentia per earundem cognoscatur effectiones. Hinc etenim est, quòd, quæ res meliores & nobiliores effectiones produxerint, easdem quoq; meliore & nobiliore præditas esse natura, dicere soleamus: cum nemo rerum causas, nisi per effectus earundem cognoscere queat. E. Id sese sic habere confiteor: ideo quòd causarum, & per illas ipsas, & per illarum earundem cognitarum cognitionem effectus cognoscere, ad primam tantummodò causam, omnium cæterarum efficientem pertineat. V. E' duobus igitur illiusmodi fundamentis manifestissimè poteris cognoscere, hominis naturam natura bestiarum esse multò perfectiorem. Nam qualis est, amabo te, ista operatio;

quæ



quæ propriè conuenit ipsis animalibus? E. Ipsum, sicut ego quidem puto, sentire: ideo quòd & ipsam sui nutritionem, & augmentationem, & generationem animalia cum plantis habeant communem, sed ob id solum quòd habeant sensum, animalia esse dicantur.

V. Verùm quid est quod tu per ipsum sentire intelligis? E. Per ipsum sentire nihil aliud intelligo, nisi sensuum beneficio ipsam rerum cognoscere naturam.

V. Operatio uerò, quæ hominis unius est propria, qualis nam tibi uidetur esse? E. Quod de animalibus asserui, idem ipsum de hominè quoq; asseri posse mihi uidetur: eo, quòd illa cognitio, quæ actio est hominis propria, intellectiua: ea uerò quæ cæteris conuenit animantibus, sensitua sit appellata, non obstante: ideo nimirum, quòd intellectus iste uester sine sensuum beneficio rem planè nullam possit cognoscere. V.

Quòd hominis & animalium cognitio sit unum aliquid & idem, caue dicas. id enim si feceris, à ueritate aberraueris. Deinde quòd hominis intellectus sine sensibus nihil omnino possit intelligere, itidem perperam sanè dixeris: ea de causa, quòd is ipse res multas intelligibiles, multosq; conceptus alios ex alijs sine ullo sensuum generans auxilio, in semetipso & efformare & in medium deinde proferre queat. Illud quidem cõcedendũ est, quòd ipsarum rerum perspectarũ principium originem à sensib. illis ipsis habuerit, cum res omnino nulla perspicì possit, cuius proprium principium à cognitione sensitua natum non sit. Atq; isto modo in-

P telligi

telligi debet hæc propositio. E. Ea quæ dicis, chime-  
 re quedam sunt & subtilitates, ueluti nodus in scirpo,  
 quesita: quales cum ad conseruandam rei naturã ne-  
 cessariæ non sint, eum, quisquis illis cogitandis animũ  
 adiecerit, multò magis inquietum dubiumq; reddunt,  
 quàm ut ad aliud quicquam conducant. Nobis id qui-  
 dem satis est, quòd istarum rerum, quæ nobis uel uti-  
 les, uel necessariæ, uel delectabiles esse queant, nostra  
 sensitiua cognitione (quæ, ut ego sanè credo, ista ue-  
 stra, quam uos tantopere iactitatis, intellectiua ne tantũ  
 tillum quidem inferior est) naturam perspicere uale-  
 mus. V. De eo, quòd tibi cognitum perspectumq; nõ  
 habes, tale quid affirmare quæso noli: qui cæcum de  
 coloribus iudiciũ ferre non decere, tute ipse non igno-  
 res. E. At ego tibi illud ipsum quod asserui, facile  
 probâro. Dic enim mihi, rogo te, si potes, an quanto  
 quæq; cognitio certior est, tanto quoq; perfectior non  
 sit? V. Quanto certior, tanto utique perfectior est.  
 E. Ista uerò sensus ipsius cognitio omnium reliquarũ  
 cognitionum est certissima. V. Sed, amabo te, quis  
 est, qui eius rei certiozem te faciat? E. Quis? ego-  
 met ipse is sum, Vlysses. annõn enim ego uideo, quòd  
 istius, quæ ante nos est, lauri folia uiridia sint? Cuius  
 quidem rei tantopere certus ego sum, ut, quantumli-  
 bet ipse mundus uniuersus contrarium uerum esse di-  
 cendum consentiret, ego tamen nequaquam unquam  
 sim crediturus. V. Sed quãnam quæso ratione neq;  
 te deceptum, neq; alios ab opinione tua dissentientes  
 uerita-

ueritatē dicere, scire poteris? E. Quenam alia certitudo necessaria mihi sit, præter illam ipsam, quòd oculis ego ipse meis aspicio? V. Ea uidelicet, ut certò certoq; scire queas, oculum tuum ipsummet deceptum non esse: id quod intellectu non destitutus, multò sanè certius atq; nunc, scire posses, qui solo sensu sis præditus. Ac ut illud ipsum quod aio, ipsam ueritatem esse uideas, de eo, si expectando ex me audire uelis, faciam te longè certissimum. Quæro enim ex te, num tibi sol iste, quem uides, moueri uideatur, necne? E. Mihi sanè uidetur, quòd firmiter in eodem loco manens, nullo modo moueatur. V. Quæro deinde, cum quam magnus, tum uerò cuiusnā coloris idem ipse sol tibi uideatur esse. E. Tantæ mihi uidetur esse magnitudinis, ut te, si corpus aliquod rotundum, sicut est ille, tu similiter esses, magnitudine nō superaret: eius uerò colorem, colori istarum arborum medicarum esse putō similitimum. V. Nondum ergo uides, quantopere in eo, quòd cognitionē sensitiuam per semetipsam, sineq; intellectus lumine certissimam esse dicas, decipiaris & fallaris? quòd quamuis è tribus istis, quæ dicis, duo sint omnino falsissimæ, tibi tamen uerum te uiderè planè persuadeas. E. Qualia uerò sunt ista? V. Ea nimirum, quòd & solem sese non mouere, & eundem quoque tam paruæ quantitatis esse, ut mihi, siquidem rotundum quoddam corpus instar illius essem, pariter comparâris. Etenim tam celeriter sese mouet, ut celeritas eius neque cum sagitta iacu-

latione emissa, neq; cum re alia totius huius uniuersitatis ulla proportionaliter conferri queat. Et quis hoc non uideat? ideo quòd, quantumuis & ipsam terram magnitudine sua centies sexagies quinquies exuperet, & propter id ab eadem terra distet quamlongissimè: singulo tamen die, à primo, quod aiunt, mobili, uiolentia quadam raptatus ipsam terram circumire necesse habeat: & ita circumferentiam ipsius terræ circumferentia, quam plura uiginti duobus millibus milliaria circuitu suo perhibent complecti, tanto maiorè, quanto ab ipsa disiunctior est, conficere teneatur, motu ad illud ipsum requisito longè omnium celerrimo. id quod tu profectò non posses ignorare, siquidem rerum mathematicarum quodammodò peritus esses: quòd mathematicè intellectui nota non minus sit, quam illud, quòd tu colorem istius lauri foliorum uiridem esse, scire potes. Et ad hanc quidem cognitionem quod attinet, quanquam tu sanè non fallaris: tanta nihilominus ea non est, quanta esset, si, quemadmodum nos, ita tu quoque præditus esses intellectu. E. Quid ita queso? V. Nam & qualia sensus uniuscuiusq; propria, & qualia omnium sensuum communia sensibilia sint, scire posses. Quomodo præterea nullus omnino sensus insensibilium sibi priorum (siquidem debita distantia, mediumq; proportionatum, & aliæ pleræq; operationes generis eiusdem ad id necessarie, inter ipsos sensus & eorundem sensibilia intercedant) cognitione decipi ullo modo queat, quemadmodum

per spi-

perſpiceres: ita uiciſſim quoq; quomodo quilibet illo-  
rum, quod ad ſenſibilem communium cognitionem at-  
tinet, faciliſſimè circumueniatur, intelligeres. Videres in-  
ſuper, quòd, quemadmodum in motus & magnitudi-  
nis ſolaris, quæ utraq; ſenſibilia communia ſunt, dijudi-  
catione deceptus es, ſic in eius, quòd iſta folia uiridia  
ſint, aſſeueratione nequaquam falli poſſes: ideo nimi-  
rum, quòd & inter aculum tuum, nec non iſta folia iu-  
ſta debitaq; diſtantiã ſit interiecta, & idem tuus ocu-  
lus per aerem ſit illuminatus, & color deniq; ſolius o-  
culi proprium ſit obiectum: adeò certè quidem, ut in  
poſterum ſenſuum cognitionem, quòd iſta ab ipſo in-  
tellectu non adiuta, reliquarum cognitionum minima  
ſit omnium, tantopere laudandi nullam habeas occaſio-  
nem. E. Quales autem ſunt iſtæ reliquæ, quas innui-  
ſti, cognitiones? V. Tres præterea ſiue potentia, ſiue  
uirtutes cognoscendi ſunt. Ex illis potentia prima, ſepa-  
ratarum ſubſtantiarum, ad cœlos ipſos continuo ſeſe  
erigentium, intellectus: qui (cùm neq; corporis mate-  
rialis ullius forma ſint, neq; ullo modo à materia de-  
pendeant) formæ ſunt iſtæ, quæ quanquam per ſemet-  
ipſas ſubſiſtant, nec ullius ad eſſentiæ ſuæ conſeruationem  
indigeant materiæ, materiales tamen formas (per  
idè, quòd eas in ſpeciebus immaterialibus, quas eadem  
in ſemetiſſis complectuntur, uel quas potius illa prima  
cauſa, ut eſt omnium rerum efficiens, ita in ſeſe conti-  
net, contemplando noſſe poſſunt) ſibi uendicant obie-  
ctum. Eſt deinceps alia quædam cognoscendi uirtus,

quæ cum corporis uel organi materialis forma sit, & ad idem ipsum penitus alligata sit, materiales formas eatenus, quatenus in ipsa materia insunt, habet obiectū. Atq; cum materia primarium diuidendi, resq; uniuersales in singulares distinguendi sit principium, sequitur mehercule, istam potentiam præter res particulares cognoscere nihil omnino posse. Istiusmodi uerò potentia sensus est. Præter eas est alia quædam potentia, uel, si quis hoc malit uocabulum, cognoscendi uirtus, inter duas illas antea recensitas quasi media: qui scilicet est noster intellectus: qui cum corporis alicuius forma non sit, multò uerò minus organo, cuidam corporeo alligatus, sed animæ nostræ potentia sit, formas istas materiales eatenus, quatenus ab ipsa materia sunt uel dependent, obiectum certè non habet: sed eatenus saltem, quatenus in ipsarum propria natura considerari possunt. Quisquis igitur illas cognoscere uoluerit, is opus habebit, ut eas ab ipsa forma abstrahat & separet non tantummodò, uerum etiam omnibus conditionibus, quotquot ipsas consequuntur, exuat ac priuet. Inde fit, ut in rebus cognoscendis intellectus iste sensu tanto superior existat, quanto primis illis, de quibus tibi sum ratiocinatus, intellectibus est inferior. E. Sed cur id quæso? V. Ideo nimirum, quòd quæcunq; cognoscit intellectus, ea illis, quæcunq; sub sensum cadere solent tantummodò, sint multò certiora. Nam cum sensus præter res particulares & corporaq; sensibilia nihil omnino cognoscat, eiusmodi uerò corpora sensibilia quia mo-

tui continuo subiecta sint, ideo sine ulla intermissione uariantur, fieri non potest, ut eorum certitudinem ullā habeat: ea nēpe de causa, quòd prius, quàm alicuius rei, quæ motui obnoxia perpetuò uariatur, iudicium facias, illa iam aliam quandam, & ab ea, quam tum, cum tu ipsam primùm considerare inciperes, habebat, natura diuersam, induerit: quo facto, de ipsa firmi certiq; nihil omnino iudicare queas. Intellectus uerò ille noster, res ab ipsarum materia abstrahens, earūdemq; naturam propriam & considerans, & in suas partes dispartiens, uel illarum predicata cum substantialia, tum deinceps accidentalia cum subiectis eorum componēs, efficit aliquando tandem, ut istarum rerum, quas comodo peruestigat, cognitionem omnium certissimam consequatur. E. Atqui si hominem, ut id dicam uerbi gratia, sine materia ulla consideret, quomodo quæso perfectam aliquam illius habere poterit cognitionem? cum uidelicet homo nullus inueniatur, qui & carnibus & ossibus non constet. V. Rerum materia duam est generum: quòd illarum una communis, altera uerò particularis appelletur. Hominis materia communis sunt carnes, ossa, nerui, & res id genus alie: particularis autem sunt ista caro, ista ossa, isti nerui. Et illa ipsa particularis est ea, quæ sine ulla intermissione corruptioni appropinquans, singulis temporum momentis uariatur. Et sine ista considerat intellectus hominem, non autem sic, ut illum & carnibus & ossibus destitutum putet. Inde fit, ut cum intellectus hominem uelut

*animal rationale, & tale quod carnibus & ossibus cō-  
stans, mortale sit, uniuersaliter sineq; ulla materia par-  
ticulari consideret, illēmet ipse sic inuariabilis efficiat-  
tur, ut eius certam quandam possit habere noticiam.*

*E. Dī boni, quid audio? quasi uerò nos ipsam phan-  
tasiā non habeamus, quæ idem ipsum planè præstet;  
ideo quòd ea ipsa & imagines rerum sensibilibus im-  
materialiter recipiat, & præter illud ipsum compo-  
natq; & diuidat illud omne, quodcunq; sibi placet,  
quocunq; tempore uoluerit. V. Tametsi confitear  
multò esse uerissimum, quòd phantasia potentia sit a-  
dco nobilis, ut nonnulli fuerint iamdudum reperti, qui  
dubitauerint, an illa esset idem ipsum in uobis, quod in  
nobis est intellectus, nec ne: alij uerò, quicunq; de ea sic  
non existimauerunt, intellectum sine eius adminiculo  
nihil omnino posse efficere, rectissimè sanè dixerint:  
consequens tamen iccirco non est, illam intellectu mul-  
tò inferiorem non esse. Hoc autem ita sese habere, pa-  
tet inde, quòd illa sit huius administra, huic nimirum  
semper ad suas actiones inseruiens. Istas uerò poten-  
tias, quacunq; per naturam sic factæ sunt, ut alijs samu-  
lentur, illis ipsis imperfectiores esse necesse est. id quod  
in temetipso luculenter animaduertere tibi licebit,  
cū sensus exteriores ( ut sunt uisus, auditus, & alij  
deinceps ) ideo, quia sensui nostro communi ( qui ne-  
quaquam sicut illi unum aliquod sensibile, sed omnia  
prorsus sensibilia pro obiecto habet ) inscruiant, eo ip-  
so longè multoq; sint ignobiliores. Sic iste præterea,  
qui*



qui seruit æstimatiuæ, uel phantasiæ potius, phantasia ipsa adhuc magis ignobilior est. Verumenimuerò, si quidem cupis, ut hac de re magis atq; nunc es, certior adhuc euadas, phantasiæ uestræ, nostriq; econtrà intellectus actiones age consideres. Id enim si feceris, equidem uidebis facilimè, quãto illa hoc sit inferior. Quantumuis enim phantasia uestra phantasmata, nec non rerum imagines immaterialiter apprehendat; eas tamen sine materiæ proprietatibus, quæ sunt ipsa substantia, quoad scilicet ad in loco, in tempore esse, aliaq; id genus attinet, apprehendere non potest. Inde fit, ut uobis res omnino nullas sine talibus conditionibus unquam possitis imaginari. id quod intellectui nostro similiter haud accidit: qui rerum naturam, quantitate, loco, tempore, uarietate, rebusq; similibus ad ipsam materiam pertinentibus non consideratis, perspicere queat. Illud interim uerum est, quòd suam eiusmodi rerum cognitionem ab imaginationibus illis, quæ in ipsa phantasia insunt, immaterialiter percipiat: ideo nimirum, quòd sit ad eò spiritualis, ut eas alioquin à rebus ipsis abstrahere separareq; non posset. Præterea uerò, quantumuis illa phantasia uestra similiter & componere & diuidere queat, ita quidem, ut cum ex equo & homine centaurum efficiat, tum hominem & pedibus & manibus non cogitatis effingat: uos tamen ut nec materiam à forma, ita nec accidentia quoque ab ipsorum substantijs diuidere: et hæc inter ipsa, quæ admodum noster facit intellectus, ita cõponere nequaquam potestis.

Quòd autem noster intellectus illud præstare queat,  
 inde fit, quòd is & unum & alterum una eademq; sen-  
 sione, in uno eodemq; subiecto comprehendat. Phan-  
 tasia deinde uestra nullas unquam res, nisi illas ipsas to-  
 tas, aut earum certè partes antè conspexerit, imagina-  
 ri potest. E. Istud ego tibi nondum cõcesserim: ideo  
 nimirum, quòd nos res multas cogitatione, quantum-  
 uis easdem nunquam antè conspexerimus, perpendere  
 queamus. Quæro enim ex te, an ovis lupum fugiens,  
 ea de causa fugiat, quòd ipsi uel color eius displiceat,  
 uel figurã potius odio prosequens auersetur? V. Pro-  
 pter illas, quas tu commemorauisti, causas eum non fu-  
 git. E. Propter quas igitur alias eum fugit? V. Fu-  
 git ideo, quòd eum inimicum sibi esse imaginetur. E.  
 Atqui cum ovis, quid inimicitia sit, nunquam perspex-  
 erit, consequens est, ut, quòd nos de multis omnino re-  
 bus, quas antè nullo tempore uiderimus, cogitare quea-  
 mus, concludendum uideatur. V. Tametsi uerum ef-  
 se fatendum est, quòd uos aliquam potentiam, quæ es-  
 timatiua nuncupari solet, habeatis: eaq; ex istis rebus,  
 quas ipse sensus perceperit, intètionem aliquam & pro-  
 prietates ( quæ res sensibiles ( ideo nimirum, quòd sub  
 sensus ipsos non cadant ) haud sunt ) colligat & inue-  
 niat: id quod cum in auicula, quæ filum quoddam stra-  
 mineum reperiens, idq; nido pullis suis educandis faci-  
 endo commodum fore putã accipit & secum aufert:  
 tam deinceps in oue, quæ, dum lupum cõspexit, eumq;  
 sibi inimicum esse iudicauit, fuga sibi consulit, uidere li-  
 cet:

et: istiusmodiq; siue potētia, siue uirtute, quidnam sequi, quid' nam econtrā fugere debeatis, intelligere possitis: nihilominus tamen intentionum, quas uos è rebus sensibilibus colligitis, illis à me commodum recensitis similibus sunt omnino paucissimæ: & eæ quidem tales, ut ad naturæ uestræ cōseruationem tantummodò necessariæ sint: quales, uerbi gratia, sunt inimicitia, contristabile, delectabile, utile, damnosum, aliæq; nonnulla commemoratis illis non dissimilia. Istiusmodi uerò potentia talis est, ut ea non duntaxat infantes nostri, uerumetiam, quod aliquid adhuc amplius est, ipsi quoq; stulti sint ornati. Aestimatiua uerò, quæ hominis unius est propria, præter illas superius enumeratas, intentiones multò plures, easq; non tantummodò ad substantiæ suæ cōseruationem necessarias, uerumetiam ad bene perfectæq; uiuendum utilissimas, à rebus omnibus desumit. Vos præterea quicquid, quod hanc ad rem pertinet, agitis, illud instinctu quodam naturali (quo uis commota lupum cōspectum, alia nulla de re præter id cogitans, fugiendum mox esse iudicat) agere tantummodò soletis. Nos uerò generis illius intentiones nullo instinctu naturali, sed certa quadam disceptatione per ipsam rationem qua præditi sumus, eo modo ducta, ut res alias cum alijs cōferre soleamus, nobis acquirimus. Inde fit, ut ista, quæ in nobis inest, potentia, à nonnullis cogitatiua, à plurimis autem ratio particularis appellata sit: ideo nimirum, quòd ea intentiones rerūq; proprietates particulares non alio modo, quàm

quo

quo intellectus res uniuersales expendit, considerare consuërit. Ea scilicet est causa, ut quantumuis homo lupum conspectum sibi maximè inimicum esse iudicet, naturaliter tamē ita non commoueat, ut istum eue-  
 stigio, id quod facit ovis, sibi fugiendum putet: adeò cer-  
 tē quidem, ut si eum sic alligatum esse uidens, ut nullū  
 sibi ab eo damnum inferri posse perspiciat, non tan-  
 tummodò non sit aufugiturus, uerumetiam ad eum me-  
 lius contemplandum propiūs adhuc accessurus : quem  
 si solutū, & apertis faucibus more samentis impetuosè  
 ad sese accedentem appropinquare conspiciat, is eius-  
 modi res omnes inter ipsas componens, & ab eo sese  
 lesum iri ratiocinans, aufugiendum sibi potius esse,  
 quàm manendum, concludit: adeò quidem, ut illas po-  
 tentias in nobis multò perfectiores ac in uobis esse, in-  
 de clarissimè queas uidere. E. Istarum rerum, quas  
 tu mihi commemorauisti, nonnullas equidem percipio,  
 nonnullas autem percipere non possum. V. Istius  
 rei natura tua belluina, quæ altius ascendere non po-  
 test, efficiens est causa. Quod cum ita sit, rectè facies  
 mehercule, si naturam humanam rursus affectes. Nam  
 cum solus homo animal animalium cæterorum nobi-  
 lissimum sit omnium, si tu rursus homo fueris effectus,  
 quodcunq; sanè uoles, illud intelliges. E. Principem  
 uerò causam, propter quam solus homo tanta nobili-  
 tate sit, audire ex te peruelim, Vlysses. V. Sunt duæ  
 quedam potentie, quas cum solus homo habeat, eisq;  
 præter illum animantia cætera careāt omnia, ideo fit,  
 ut unus

ut unus ipse animal sit omnium nobilissimum. Ex illis potentijs una uocatur intellectus, altera uerò uoluntas. E. Quales igitur actiones, propter quas, ut homo nobis animalibus omnibus superior euadat, eundem mereri contendis, ex illis potētijs proficiſcūtur? V. Ab intellectu, rem nosse: sed à uoluntate, ipsum & uelle, et econtrà nolle promanat. E. An itaq; sensus & appetitus in nobis idem ipsum non efficiunt? V. Efficiunt uerò, sed eatenus tantummodò, quatenus ad uestram uitam necesse est, & illud adhuc in uobis multò magis imperfectè quàm in nobis: cum in homine non tantummodò hominis naturæ conseruationem operentur, uerum etiam ut idem homo bene beateq; uitam suam possit traducere, perficiant: ideo quòd intellectus (ab eo enim rerum considerandarũ sumitur initium, illa reſpectu de causa, quòd, priusquàm res aliqua uel expectatur, uel econtrà reiſciatur, eam cognitam perspectamq; esse oporteat) non tantummodò, quemadmodum sensus, ipsa singularia, de quibus, ut antea tibi dixi, propter id, quòd mutationi perpetuæ obnoxia sint, certitudo nulla prorsus haberi possit, intelligat, uerum etiam uniuersalia, noticiam quandam indiuidua quamplurima unius speciei representatē in sese informans: id quòd eo, quem subiecturus sum, modo facere consueuit. Representat intellectui phantasia ipsum phantasma & speciem quandam hominis unius cuiusdam, talibus quidem conditionibus, quæ faciant, ut & ipse solus separatim quoddam sit indiuiduum, & in loco quodam particu-

ticulari, & quòd nunc sit, & quòd hac uel illa sit effi-  
 gie. Et quia nullus alius inuenitur homo, cui tales con-  
 ditiones cõueniant, præter eum quẽ unũ illud cõstituit  
 indiuiduum, iccirco fit, ut intellectus in huiusmodi co-  
 gnitione alium nullum, nisi hominem illum particula-  
 rem cognoscat. Qui quidem intellectus, si sese supra i-  
 stud phantasma, supraq; istam speciẽ extollat, eãdemq;  
 particularibus eiusmodi conditionibus spoliare incipi-  
 at, omne id, quod in isto inest indiuiduo, particulare  
 tollens, & illius humanam tantummodò respiciens na-  
 turam, eandem ipsam in eo formam ( quæ per sese quæ-  
 dam species intellectiua, nec non istius uniuersalis co-  
 gnitionis ( quòd humana nimirum natura, substantia  
 corporea, mortalis, rationis deniq; sit capax, & his om-  
 nibus in rebus omnes homines inter sese conueniant )  
 productrix est) esse deprehendit. E. Atqui ista in-  
 tellectus uestri cognitio uniuersalis, quid queso perfe-  
 ctius in se habet, quàm cognitio nostri sensus habeat?  
 V. Certitudinem rerum tanto maiorem, ut id, quod tu  
 scis, ita & non aliter habere se posse, quàm habet, intel-  
 ligas: & quòd ea in re nequaquam falli possis ac deci-  
 pi: quam quidem certitudinem cognitio sensitiua nun-  
 quam prorsus assequi potest. Quamuis enim uideat a-  
 liquis unum quendam, & hominem item alterum esse  
 ratione præditum: scire tamen iccirco non potest, om-  
 nes omnino homines ratione præditos esse. item quam-  
 uis aliquis uideat, quòd unus quidã canis, & unus qui-  
 dam equus sciat: iccirco tamen scire non poterit, an  
 omnes

omnes canes, & an omnes equi sentiant, nescit. Is uero qui scit, quod homo nihil aliud est, nisi animal rationale, scit etiam similiter, quod omnis homo sit rationalis: & is qui scit, quod animal nihil aliud sit nisi substantia quaedam corporea, quæ animâ sensitivâ sit animata, scit etiam quod & omnis canis, & omnis equus, ideo nimirum, quia animal sit, sentiat. Præter id omnino certus est, quod illud quod scit, quale est, tale omnino sit, & ideo quod illud idem per eius causam sic esse scit, prorsus errare non potest: cum extra omnem alæ controuersiam necesse sit, ut & propter hominem esse, hunc uel illum hominem particulariter sapere, & propter animal esse, hunc uel illum canem, hunc uel illum equum particulariter sentire consequatur. E. Illam uestram cognitionem intellectiuam, certitudinis suæ causa, cognitione nostra sensitiva multò nobiliorem esse, perspicere incipio. V. Intellectus deinde noster res omnes non tantummodo sic, ut inter sese compositæ sunt, quatenus easdem sensus etiam uester intelligit, intelligere: uerum etiam cunctas illarum intentiones & proprietates, quæcûq; particulariter in illis insunt, seorsim considerare potest. Inde fit, ut quotiescûq; rem ( ut hoc uerbi gratia subijciam ) albam conspexerit, quid per semetipsam albedo sit, & quomodo color ab ipsa uidendi facultate separatus eadem albedo sit: quale item corpus sit illud ipsum, in cuius superficie eadem illa albedo fundata est, cogitare queat. Sensus autem uester albedinem aliter cognoscere

gnoscere non potest, nisi ut rem quandam albam esse sic intelligat, ut eadem illa cognitione ipsum subiectum cum sua & forma & accidentibus omnibus comprehendat. Itaq; uirtus oculorum uestrorum uisua ipsum colorem seorsim separatimq; non potest apprehendere, sed rem tantummodò coloratam. Ac illud esse uerum, ex eo perspicere potes, quòd uos nunquam de coloribus, sed de rebus ipsis tantummodò, non aliter ac omnes homines, quotquot illorum solam sensus cognitionem sequuntur, iudicium facere soleatis. E. Iste cognoscendarum rerum modus est mehercule & clarissimus & distinctissimus. V. Idem deinde noster intellectus res omnes, ideo quòd earum naturam perfectè cognouit, cum affirmando, tum negando inter ipsas componere, compositas uerò rursum diuidere potest: id quòd sensus ipse facere non potest. Nam cum sciat intellectus, quòd substantia recipiat in sese accidentia, eademq; recepta sustineat: & quòd ipsa corpora colores, qui nihil aliud sunt, nisi ipsorum accidentia, sustentent: duas illas naturas inter ipsas componens, affirmando quidem dicit, quòd ipsum corpus sit substantia. cum uerò non ignoret, substantiam per semetipsam subsistere, sed colorem nisi in alio quodam subiecto subsistere non posse, diuidit separatq; duas illas naturas: negandoq; unam esse alteram, colorem substantiam nõ esse dicit. Per affirmationes deinde & negationes illas, multiplices conclusiones, quales ipse sensus nunquam cognitas & perspectas habuerit, inferre potest: id quòd



quod uos animalia, solo nimirum sensu prædita, facere non potestis. Quantumlibet enim uos rem quandam, quæ uobis possit esse noxia, fugiatis: nihilominus tamen illam fugiendi actionem è uestra potestate proficisci, cum affirmando, tum negando ( id quod ratiocinationis unius est propriū ) dicere nõ potestis: sed solo appetitu, quem uos, alia de re nulla planè cogitantia, incitantem sequi soletis, ad illud ita faciendum ducimini. E. Illud quoq; capio quammaximè. V. Idem deinde noster intellectus altius adhuc ascendit, seseq; supra phantasmatum, supraq; rerum illarum, quas ipsi sensus in phantasia reposuerunt, cleuans imagines, ab eisdem rebus, aliarum deinde multò plurium, quam sensus siue interiores, siue exteriores unquam cognorint, noticiam sibi comparat, cuius noticiæ beneficio naturas uniuersales, & formam ab ipsa materia separatam, adeoq; intelligentias etiam, quibus ipsi quoq; cœli mouentur, causam deniq; omnium rerum primam ( ad qualem cognitionem neq; phantasia, neq; æstimatiua, neq; potentiarum, quibus uos prædita sitis, ulla alia peruenire potest ) cognoscat. E. Quânam uerò ratione fieri potest, ut ad efficientem rerum omnium primam perueniat? V. Quemadmodum non tantummodò ( quod plurimi dixere ) negando, uerum etiam causam quandam primam sibi tum imaginando, tum eidem deinceps omnia prædicata, quæ in sese ullam aliquam habeant imperfectionem ( qualia sunt omnes conditiones materiales istæ, quas nos in hisce creaturis corpo-

Q rcis

reis inesse conspicimus) conuenire negando, eamq; iccirco ingenerabilem, incorruptibilem, & neque accidentis, neque ullius alius alterationis ratione uariabilem, loco nullo comprehensam, non compositam, nulli durationis teermino, uel ulli alij cuidam simili conditioni subiectam esse dicendo: sic deinde non tantummodò per alium istum modum præcellentis (quam eidem nonnulli tribuentes, eam tum bonitate, tum pulchritudine, tum amabilitate, tum perfectione numeris omnibus absoluta, res bonas, pulchras, perfectas alias omnes, quales quales in hoc uniuersi mundi theatro conspiciamus, superare dicunt) uerum etiam per suimetipsius considerationē, ad efficientis istius omnium rerum primæ cognitionem peruenire potest. Is enim cum naturæ suæ nobilitatem, in eò (quòd res omnes, tam illas quæ ipso superiores, quàm has quæ sunt inferiores, intelligens, illis omnibus certo quodam modo sese assimilare; quin etiam eadē omnes ipse existere quasi possit) tantummodò consistētē: tum deinceps illam, quam in sese esse deprehendit, imperfectionem (tantam quidem, ut quantumuis omnes omnino res potentia, non tamen ipso actu, & iccirco non semper, sed aliquoties intelligere solum possit) intuens, intellectus alius cuiusdam speciem quandam, semetipso multo & altiorem & absolutiorem, in sese efformare potest: talem nimirum, quæ & semper in actu sit, & semper omnes omnino res intelligat, easdemq; sic ab omni aternitate perspiciat, ut illas ipsas non potentia

cogno-

cognoscens, omniumq; non tantummodò quæ fuerunt  
 unquam, uerumetiam quæ olim futuræ sint, species in  
 sese continens, necesse non habeat, ut illarum intelle-  
 ctionem ullam aliquam denuò recipiat. Et ista est illa  
 prima causa, quæ cum uniuersum hunc mundum ordi-  
 ne maximè stupendo mirandoq; semper & gubernâ-  
 rit, & adhuc quotidie gubernet, equidem peropus est,  
 ut illa non tantùm intelligat, uerumetiam semper uno  
 eodemq; modo, semper una eademq; intellectuione, res  
 omnes intelligat. E. Intellectus humani propieta-  
 tem narras profectò uel omnium maximè stupèdamq;  
 & admirandam. V. Ea uerò talis & tanta est, quæ-  
 lem quantamq; esse commemorauit: & hoc ideo quidẽ,  
 quòd ille intellectus non duntaxat intelligat, uerume-  
 tiam quid illud sit quod intelligat, intelligere ualeat.  
 id quod ipse sensus ita facere non potest. Quantumli-  
 bet enim uideat oculus, audiat auris: neq; tamèn oculus  
 ipse uidet id quod uidet, neq; auris ipsa audit id quod  
 audit: cum & uidere & audire potètiæ sint corporeis  
 organis alligatæ, ex quibus extricare & in semetipsas  
 eleuare sese non possunt. Intellectus uerò cum poten-  
 tia quædam sit & spiritualis & diuina, sese in semet-  
 ipsum reflectēs, & illud ipsum quod intelligit intelli-  
 gens, semetipsum perfectionemq; suam non nouisse nō  
 potest: ideoq; fit, ut unus homo suam nobilitatem per-  
 spiciat, cæterarum uerò præter illum creaturarum su-  
 am perspiciat omnino nulla. ipsum cœlum, quantum-  
 nis incorruptibile sit, & nobilitatis iccirco quam-

ximæ sit, ea tamen nobilitate sese esse præditum, nõ intelligit. Ita sol, quantumuis rerum nature minister sit omnium maximus, deq; sua luce corporibus omnibus cœlestibus impertiatur, tantam tamẽ dignitatem suam non cognoscit. De cæteris creaturis idem prorsus est iudicium. Homo uerò magnam suam & nobilitatem & præcellentiam (qua reliquas creaturas omnes non duntaxat antecedit, uerumetiam illarũ omnium (ideo quòd uirtutem proprietatemq; rerum, tam earũ quæcunq; animatae sunt, quàm earum quæcunq; non sunt, calleat, earundemq; utrarumq; seruitio non aliter ac illimet ipsi libuerit, utatur) est suprema) perspiciens, intus & ineffabiliter letatur, & undiquaq; contentus, oblectatione maximè omnium miranda, necnon inæstimabili continuò perfruitur. Ac ut illud ipsum facilius adhuc quàm aliàs, obtinere possit, aliam deinceps habet idem intellectus ille potentiam, quæ (quòd omnes istas suas intellectiones quamperfectissimè conseruare soleat) intellectiua memoria fuit appellata. Eadem illa uestram sensitiuam potentiam dignitate sua tantum præcellit, quanto intellectiones illæ, quarum conseruatricis est, ea cognitione sensibili, quam uestra potentia sensitua conseruare solet, sunt digniores. E. O' humane nature cõditionẽ longè felicissimam. V. Homo deinceps aliam quandam habet proprietatem, quæ quoq; talis est, ut intellectus ipsius nihil intra sese (quamuis altissimum uel prorsus inæstimabile uideatur) cogitatione queat concipere, quin is illud ipsum

uocis

uocis beneficio cæteris hominibus aperire possit & manifestare: ideo quòd nos uocem non tantummodò quasi sonum quendam, communis alicuius affectionis, qualis est læticia, dolor, metus, & id genus aliæ complures, significatricem intelligimus: id quod de uobis dici rectè potest: sed illius quoq; significationem, munere sermonis (ad hoc, ut animorum nostrorum cogitata, eo quocunque modo nobis id facere placuerit, exprimat, ordinati) simul intelligimus: indeq; fit, ut solus homo disciplinæ sit capax, animalium uerò cæterorum planè nullum. Ea de causa simul euenit, ut qui minus sciunt, isti cæteris, qui plus nouerunt, & doctiores & prudentiores aliquando tandem possint euadere. Atq; tametsi præceptor in discipulo suo, eius quod ipsum docet, nullam speciem intelligibilem possit efformare: nihilominus tamen illi modum quendam, & aliquod medium, quo eam ille metipse possit effingere, suppeditat & subministrat. Illa tam præcellente ipsius intellectus uirtute proprietateq; Aegyptiorum sapientissimi quidam commoti, hominem terrenum aliquem deum, animal diuinumq; & cœleste, nunciũ deorum, inferiorum ipso rerum dominatorem, superiorum uerò familiarem, naturæ deniq; miraculum nominauerunt. E. Profectò talis eius intellectus eum tam excellentem tamq; nobilem facit, ut mirum nemini debeat uideri, quòd illum nominibus ad eò dignis & honorabilibus appellârint. V. Eum deinde uoluntas ipsa non minus ac altera eius potentia particularis, qua præditus est,

Q 3

tus est,

tus est, reddit excellentem: cuius uoluntatis munere uel id, quodcunq; per intellectum iudicat è re sua fore, uult: uel id econtrà, quodcunq; sibi noxam allaturum putat, libero quodam modo non uult: non aliter atque uos ipsa quoq; uel id quod uestræ naturæ conueniens esse beneficio uestri sensus existimatis, prosequimini: uel id quod inconueniens eiusdem uestri sensus instinctu iudicatis, effugere consueuistis. E. An uerò fieri non potest, ut eodem illo officio solus appetitus, sine alius cuiusdam potentie adiunctione, in homine defungatur? V. Fieri omnino non potest: & id certè quidem ea de causa, quòd quantumlibet appetitus sensum secutus, illud tantummodò, quod sensus cognoscit, ipse uel appetat, uel alioquin auersans non appetat: nihilominus tamen hominem ut multas uirtutes, sic ediuersò uicia multa uitare uideamus: tametsi nec illæ uirtutes, nec hæc etiam uicia sub cognitionem sensitiuam cadere consueverint. Ista quoque potentia, de qua tibi iam dixi, hominem uel maximè nobilitat, ideo quòd eundem in tanta libertate constituat, ut omnium suarum actionum dominus esse possit. Hoc enim inde fit, quòd illa ipsa potentia naturæ determinatione libera facta, non plus uni contrario, quàm alij sit obnoxia. ideoq; quantumuis ipsum bonum, proprium sit illius obiectum: naturæ tamen ordinatione non magis ad illud, quàm eius contrarium, quod malum scilicet est, eligendam tenetur. Hinc est, quòd eidem non idem, quod cæteris rebus naturalibus, usuuenire solet, usuueniat. Iste namq;

cūm

cum obiecto suo ita uicinæ sunt; ut inter illas hoc debita interueniat distantia, aliter facere non possunt, quin aliquid operentur: id quod ignis exemplo manifestè potest demonstrari, qui materiam ad arandum idoneã prope se habens, necessariò nõ potest nõ arde- re. Hæc uerò uoluntas nostra, quantumuis illi res que- dam bona proponatur, illaq; naturali quadantenus in- clinatione ad eam sequendam propendeat, nihilomi- nus tamen ad eam amandam nulla necessitate adstri- cta est: adeò quidem, ut ei eandem uel amandi uel non amandi libertas relicta sit. Isti uerò potentia, quan- tumlibet hominis, quatenus is animal est, eatenus om- nes potentia reliquæ subiectæ sint: non tamen ita subie- ctæ sunt, quin ipsarum proprijs obiectis sine uolunta- tis ipsius imperio moueri queant. Sunt igitur eatenus subiectæ, quatenus ad mouendum sese, quotiescunq; uoluntati placuerit, dispositæ necnon ordinatæ sunt. Inde fit, ut quantumuis ipse uisus toties, quoties obie- ctum quoddam uisibile ipsi sese representat, ab eodem naturali quadam ratione commoueat, uoluntas ta- men eidem nihilominus imperare possit, ut ad aliud obiectum quoddam uisus sese conuertat. quod impe- rium in ceteras potentias sensitiuas omnes eadem ipsa gerit: adeò quidem, ut nec obiectum ullum, nec e- tiam rerum siue cœlestium, siue terrestrium, uis ulla sit, quæ uoluntati sic iubere possit, ut per istiusmodi iussionem quicquam quod non arrideat, ipsa uelit. id quod de uestro appetitu sensitiuo nequaquam potest

Q 4 affir-

affirmari: ideo quòd is obiecto aliquo sibi ad appetendum representato animal tantopere commoueat, ut aliter facere non possit, quin illud ipsum nulla cuiusdam melioris electione adhibita necessariò sequatur: id quod unusquisque faciliè cognouerit, qui uestras actiones diligenter obseruârit. E. Ista uerò uoluntas ita libera, quam quæso confert homini dignitatem? V. Confert ei dignitatem quandam modis adeò multis admirabilem, ut isti principes Aegypti sapientes, quemadmodum paulo antè tibi dixi, eum liberæ uoluntatis tantum causa maximum naturæ miraculum nuncupârint. E. Sed ob quam, quæso te, causam? V. Ob eam nimirum, quòd omnes cæteræ creaturæ certam quandam legem hauserint, per quam nihil aliud consequi possint, nisi illum finem, qui ipsis à natura fuit ordinatus, ex illisq; terminis, quos ipsis eadem natura circumscrispsit, egredi nullo modo queant: homo uerò, cum liberam habeat illam uoluntatem, finem quendam uel digniorem, uel econtrâ indigniorem eo quem ipsi natura proposuit, quemadmodum sibi complacuerit, ita comparare potest: & illud quidem sic, ut sese uel ad res illas, quæ ipso sunt inferiores, inclinēt, uel ad eas quæ sunt altiores, eleuet. Nam siquidem se uentri gulæq; totum dediderit, adeò ut buccam faciemq; suam continuò in terra teneat defixam, eueniet equidem, ut planè stupidus ipsarumq; plantarum similis euadat: oblectationi uerò sensitivæ si sese plus quàm decet, immergat, brutorum par efficiatur.



ciatur. At uerò si faciem cœlum uersus conuertat, orbiumq; cœlestium pulcritudinem, ordinemq; nature miraculosum philosophando perpendat, ex animali terreno in animal quoddam cœleste semetipse transformabit. Quin idem ipse, si corporeis impedimentis omnibus neglectis, rebus diuinis contemplandis animum suum adijciat, semetipse quasi semideum quendam efficiet. Quis ergo sit, qui talem hominem non admiretur? cum is non tantummodò animalium ceterorum & nobilissimum, & eorundem dominus quoque sit, uerumetiam particularem quandam conditionem, qua omne id, quodcunque uult, facere queat, ab ipsa natura sit consecutus. E. Verumenimuerò, cum ista uoluntas hominis ipsius id quod bonum est, habeat obiectum, & quicquid agit id liberè agat, què quaeso fit, quòd uos homines illud quod est malum, sepius eligentes, uirtutemq; missam facientes, uicia sectari soleatis? V. illud inde fit, cum quòd uoluntas ipsa sensibus in modum prorsus admirandum unita & quasi penitus affixa sit, tum quòd intellectus etiam noster (cuius de rebus ab ipso cognitis scientiam electio à uoluntate profecta consequitur) omnes suas noticias ab ipso sensu accipere necesse habeat. Nam cum sensus ille intellectui sepenumero loco ueri cuiusdam boni, bonum quoddam, quod quamuis bonum esse uideatur, reuera tamen tale non sit, ostendat, inde fit, ut ab eodem uoluntas ipsa tracta, eiusdemq; non solùm cognitione, uerumetiam sensuum fal-

Q s      laci

laci oblectatione satiata, quantumuis id quod est malū, expressè non eligat, idem tamen interim non effugiat: officiumq; suum, cui ad appetitui sub sensitiuo impetrandum obstrictus est, seriò nō exequatur. Quod cum ita se habeat, palàm fit, quòd omnia nostra delicta ab illis naturæ nostræ partibus, quas ratione carentes cū uobis etiam cōmunes habeamus, nō ab alijs istis, quarū beneficio sumus homines, depēdere, tandē aliquando concludendum sit. E. Satis est, satis est, inquam, disputatum, mi Vlysses. Tu igitur omīssis omnibus rebus alijs, effcito, ut hac natura belluina quam celerri- mē deposita, in hominem rursus euadam. Maxima nā- que mea cum iactura per Circen in belluam me trans- formatū fuisse perspicio. V. Ego uerò per istam au- ctoritatem, quam eadem Circe mihi tribuit, illud quod à me petis, tibi concedo. ELEPHANTVS AGLA- OPHYMVS. Dij boni, quàm bella, quàmq; modis om- nibus admiranda res est, hominem esse. Dij boni, quanto melius illud ipsum cognoscò iam, quàm tum, cum uitæ utriusq; periculum nondum fecissem, non co- gnoscebam. Dij boni, quàm pulchra uidetur esse lux illi, qui semper in tenebris delitescere solitus est, exor- ta: quantoq; ipsum bonum ei, qui malum probare con- suevit, tum, cum cognouit, melius uidetur esse, quàm tum, cum nondum cognoscebat, esse uidebatur. Ah mi- seros, ah infelices illos omnes, qui causa parue cuiusdā delectationis, quam ipsi sensus cum illa nostri parte, quæ ratione prædita non est, coniurantur et conspirā- tes,

tes, illis representant, potius ut belluæ, quàm homines agere uitam suam malunt. Ego tibi, mi Vlysses, gratias ago, quantas animo ullo modo possum concipere, quòd & tua doctrina de uero certiore me feceris, & eloquentia tua ad illud ipsum sectandum commoueris. Atq; cùm tantas agere nō possim, quantas tu certè quidem commeritus es, ut ipsi immortales dij meo nomine tibi præmium, meritis illis in me tuis condignū rependant, oro. Deinde cùm hominem, ut erga Deum gratum se præstet, quammaximè decere, natura ipsa dictante, mihi uideatur: ego quoq; me ad ipsum primū huius uniuersi motorem, & ut rerum aliarum omnium, sic rationabili quadam consequētia etiam huius, quicquid illud est, quòd ego hominis perfectione, creaturarum uerò caterarum omnium imperfectione aliquando tandem perspecta, rursus homo sim factus, efficiētem conuertens, illi gratias agā prorsus infirmitas. Atq; cùm nulla alia ratione me gratum demonstrare possim, quàm si quadam tantummodò ex parte, & quatenus illud ipsum meæ uires consequi & ferre queant, laudes eius canam, equidem te precor, mi Vlysses, ut aliquo deuoto cum silentio hic mecum subsistens, interea temporis, dum ego hymnum quendam sanctissimum decantem, eundem ipsum primam rerum omnium causam, unde omnis nostra felicitas, uelut ex aliquo fonte promanat ac deriuatur, tu ipse quoq; uelis honorare. Audito hymnum istum uniuersa uniuersi mundi natura; tacetote uos syluæ: quiescitote nos etiā uenti, quando

dis

diu ego primum illum motorem, & huius admirandæ pulcriq; rerum omnium ordinis auctorem decantaue-  
 ro. Cano ego rerum omnium, cum corruptioni obno-  
 xiarum, tum non obnoxiarum causam procreantem:  
 illam, inquam, quæ terram hanc inter ipsos medios cœ-  
 los ponderatam suspendit: illam, quæ super ipsa terra  
 dulces aquas ad alimentum cuius mortalium in eadem  
 degentium generi præbendum effudit: illam, quæ quam  
 plurimas creaturarum brutarum species, ad hominis  
 seruitium ordinauit: illam, quæ eidem homini, cum in-  
 tellectum, per quem ipsam cognoscat, tum uoluntatem,  
 cuius beneficio ipsam deamare queat, communicauit.  
 Agite ô uires meæ, ut illam ipsam unâ mecum collaude-  
 tis: agite, ut uos unâ mecum gaudio mentis meæ exhi-  
 larantes, animi mei læticiæ conformetis. O uos animi  
 mei dotes, agite ut principem & uniuersalem omnium  
 causarû causam mecum magna cum deuotione celebre-  
 tis. Vos quoq; similiter, ô intellectus mei lumē, & uolū-  
 tatis meæ libertas, agite ut summa cum concordia cō-  
 seruatiōe q; laudes illius decantetis. Homo animal tuum,  
 ô motor eterne, & propter eternitatem tu idem ipse  
 & sine & principio carens, is est, qui hodierno die te  
 canit: omniq; uirium suarum conatu in illud incum-  
 bens, aliud omnino nihil desideratq; & cupit, nisi ut ti-  
 bi uni semper & honor & gloria tribuatur. V. Eam  
 de prima huius rerum uniuersitatis causa noticiam,  
 quandiu in illo belluino corpore uitam traducebas, tu  
 Aglaopheme mi, ut opimor, non habebas.

AGLAOPHEMVS.

**P H E M V S.** Verum dicis Vlyffes. etenim non habebā. Quamprimū uerò rursus in hominem fui commutatus & conuersus, illam non aliter ac proprietatem quandam mihi naturalem in animo meo mox suboriri: uel, ut dicam ucrius, illam ipsam ad me ( ideo quòd prius, quàm per Circen in elephantum transformatus fuiffem, ea me præditū semper extitisse bene meminerim ) reuertifentiebam. Illud tamen adiungendum esse puto, quòd ea nunc in me fit multò perfectior, quàm ante tempus mei in bestiam commutationis erat: ea nimirum de causa, quòd post hanc mei in humanam naturam conuersionem, hominis nobilitatem multò absolutius, quàm antè intelligerem, intelligere nunc exorsus, mecum cogitare quoque cœperim, quòd princeps illa rerum omnium causa hominem longè plus, quàm creaturas ullas alias ( eo quòd eundem multò nobiliorē, quàm ullam è cæteris creaturis omnibus aliam condiderit ) amare sese demonstrando, eiusdem quoq; finem longè alium, quàm cæterorum animalium ( quæ dum intellectu destituta, nō, sicut homo, ullam de ipso, principe rerum omnium efficiente, habent noticiam ) esse uoluerit. V. Sanè, quantumuis intellectus nostri perfectio in ueritatis cognitione consistat, eiusmodi uerò cognitio nequaquam perfectè, eo tempore, quo in hoc corpore fuerimus, durante, tum propter alia multa, quæ ab ipso corpore proficiscuntur, impedimēta, tum propter causas alias complures, tum propter illius temporis, quod nobis ad uiuēdum conceditur, angustiam,

gustiam, comparari possit: minimè tamen est cogitandum, quòd intellectus idem ipse talem cognitionem tum, cum liber effectus, & ipso corpore, quoad impedimenta, quæ in hac uita intellectui ab ipso afferuntur, exutus, tandem aliquando non sit consecuturus: nisi fortassis eum natura prorsus in uanum fecisse uideatur: id quod affirmari sanè posset, siquidè in hoc præsentè mundo quasi quadã ciuitate, quemadmodum ceteræ res omnes in genere suum quæque finem consequuntur, sic ipse nequaquam suum consecutus, in alterius quoq; mundi ciuitate non consecuturus, & illud totum, cuius in hoc eodem mundo uiuens aliquoties gustum quendam percipit, aliquando tandem non sit acquisiturus: & illud quidem tanto plenius, quanto ab istis uoluptatibus, quas nobis ipse sensus offert, tunc erimus liberiores: eòq; modo, qui creaturas ratione præditas maximè decet, in posterum uiuemus.

AGLAOPHEMVS. Fugiamus igitur, ô Vlysses, fugiamus ista scelerata litora, ubi fraudulenta, nec non sagax ista domina suis illecebris, ut homines non tantummodò belluarum more, uerum etiam earundè corporibus induti, uitam suam transigant, efficere potest: ac, ut liberi & secundum rationis ipsius usum nobis uiuere queamus, domum nostram quisque reuertamur. Noli quæso, noli malignam istam præstigiaticem de nuò compellare, ut ne nouo quodam genere carminis in hoc infelicissimo suo regno te diutiùs secū detineat.

V. Cum & ego nihil aliud ac istud omnino malim, & ipsi

ipsi quoq; dii, cunctis hominibus quoad eius fieri po-  
test eisdem se similes efficere conantibus ex animo fa-  
uentes, novos quosdam uentos & prosperrimos,  
& nostræ navigationi commodissimos  
impertiantur, age disce-  
damus.

## F I N I S.

---

Ερμάννος ὁ Γερμβέργη ὁ τοῖς τῆς  
Φιλοσοφίας σπυ-  
δαίοις.

Δεῦτε φίλοι παῖδες σοφίην φιλέοντες ἀρίστην,  
τίλυδ' ἀνεῖδε βιβλον πρόφρονι κῆρι μικρὰν,  
ἴδτε μού ἐστι πλάτος καθ' ἑὸν μῆκος τ' ἐλαχίστην,  
πᾶσα δὲ τῆς σοφίης ἐμπλεός ἐστι καλῆς.

QVAEDAM POST IMPRES-  
sionem obseruata, & sic  
emendanda.

Pagina 372. uersiculo 3 dele, plus. 374.  
8. lege, nostris, opus. 420. 18. ut dū ab, &c.  
429. 4. repræsentetq; 430. 16. quin illi è  
principatu. 435. 12 incipit) 438. 8. conclu-  
sum sit. 440. 19. factu. 446. 9. adipiscan-  
tur. 455. 19. Cleomenes. 462. 10. quē. 465.  
21. feris. 469. 23. faciat. 473. 4. pro uerū-  
etiam, lege imò. 474. 28. tetigisse. 475. 19.  
tenerè. 479. 1. perquam. 484. 4. Scythiæ.  
486. 22. perferendarū gratia. 490. 21. per-  
iniquum. 494. 28. Græciam. 496. 11. mi-  
hi, ut, &c. 504. 9. honorū. 513. 15. uosmet-  
iplos. 552. 12. de eò, quomodo. 563. 6. suam  
ipſius naturā. ib. 8. quale quale. 568. 15. per-  
agendarum. 569. 11. tibi nō uidetur? 581. 27.  
ab ipso. & ib. 28. quo eodem. 590. 6. a-  
mantissimus, pro amicissimus. & uale di-  
cto ib. uers. 9. 599. 15. cōsequatur. 601. 10.  
quoad scilicet in loco, &c. Si qua alia oc-  
currāt, quæ non admodū magni momentī  
(cuius generis & hīc annotauimus nō pau-  
ca) fore spero, ea tu ipse, benigne Lector, nō  
grauatè corriges nō solūm, uerum etiam et  
ratis meis, quæ hīc notatis multo intolerabi-  
liora fortè se offerent, pro humanitatē  
tua libenter, ut confido, ueniam dabis.



IN HOS DECEM DIALO-  
gos breuis INDEX.

<p><b>A</b> Actio cuique rei propria est &amp; peculiaris 592 actiones corporæ non reflectuntur 611 actiones rerum naturalium neq; laude neq; uituperio dignæ 579 Adiuncta ursorum, tigris, luporum, porcorum propria quænam sint 566 adulatio 468 adulator ab amico uero in rebus aduersis discernitur 469 adulator amico uero similis, ab eo tamen diuersissimus 469. 470 adulator quomodo dignoscendus in rebus secundis 469 adulator umbræ comparandus 470 Aedificiorum humanorum incommoda 377. 378 ægotatio 461 æstimatiua beluarum potentia 662 Ager Ithacensis infœcundus</p>	<p>diffimus 545 Agliophemus philosophus 588 agriculturæ labor 375 agriculturæ laus 385 Amicitia etiam inter animalia quædam contrahitur 468 amicitia uera unde profiscatur 468 amicorum recordatio dulcis 565 amicus uerus luci comparandus 470 amor patriæ, amor ciuium 364. 565 Anima uegetatiua plantis &amp; animalibus communis 593 animalia cur uitæ sint breuioris quàm homines 453 animalia nec tempus nec temporis subiectum agnoscunt 464 animantia à plantis differunt anima sensitua 593 animantia continentiam laudem hominibus præripiunt 409 animantia nec utile nec</p>
-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------	-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------

R hore-

I N D E X.

honestum intelligūt	468	bus morsis à serpenti-	
Appetitus sequitur sen-		bus	413
sum	614	Cleanthes philosophus	
Ara, herba	495	544	
ars	558	Cognitio rerum per sen-	
ars lusoria	443. 445	sus exteriores compa-	
Auaritia	458. 459	ratur	593
audacia quid	517	conditio feminarum iu-	
B		uencularum melior est	
Bellum qua de cau-		quàm uetularum	486
sa suscipiendum		corona monogamorum	
440		quæ	487
beneficium sapienti præ-		corpus animæ uehiculum	
stitum bene collocatū		503	
est	526	Crapula	410
Boni & uirtutibus conspi-		Cura diligens, rerum est	
cui sæpissimè à malis		amatarum	369
opprimūtur & reddun-		cura	462
tur contemptibiles	573	cura liberorum	532
C		D	
Cancrorum usus	413	De ignotis non feren-	
canum imaginatiua		dum iudiciū	485
perfectior	556	deliciæ hominum quæ	535
caussæ ex effectis cogno-		Dictamni usus	413
scuntur	592	digami quam mereantur	
Ceruus & elephas lógio-		coronam	487
ris uitæ quàm homo	453	Dolor uoluptatis uestem	
Chelidonia pullis hiru-		indutus	443
dinum ex uisus debilita-		dos quare requiratur à	
te laborantibus saluta-		mulieribus	482
ris	413	E	
Ciconia quâta pietate pa-		Ebrietas quàm gran-	
rentes prosequatur	582	de uicium sit	505
cicuta medetur testudini-		555	
		Egesimus	

# I N D E X,

Egesimus Lesbius medicus	403	hominis appellationes	613
Embryonis conformatio	493	hominum, quoad ingenium, summa dissimilitudo	393
Encomia uitæ humanæ, à pag. 361. usq; ad finè dialogorum.		homo erecto capite cur cœlū cōtempletur	542
Equi zelotypi	534	homo intellectu & uoluntate animantibus præstantior	605
equorum ploratus & lachrymæ	387	horror mortis unde	417
Experientia rerum magistra	383	I	
F		Infirmitas scœminarum	498
F Ebriticans omnia putat esse amara	538	infirmitates animi peiores & periculosiores sunt infirmitatib. corporeis	503.506.507.
Fœminarū conditio	479.480	intellectus in homine uarij conceptus	593
scœminæ imbecilles	498	intellectus solus ad omnium rerū causam primam ascendit	609.610
fœniculi efficacia	413	intellectus reflexus	611
folium oleæ elephantis, mandragoræ ursis est salutare	413	intellectus speculatiuus & practicus	557
formica	463	intemperans	536
fortitudo uera quid	510.513	inuidia sequitur iniuriam	433
fures multi, furandi modus uarius	487	Ithacus piscator	366
H		Iudicium uulgi quale	586
H Edera medetur apris	413	iuniperum	420
helluatio superflua quid efficiat	399	iustitia commutatiua be- stijs non necessaria	574
Hominis ægri tudines & morbi	401	iustitia commutatiua cur	R 2 inui-

I N D E X.

in uita humana necessa- ria	575	Medicina duplex, scientiæ & artis	404
iustitia commutatiua tol- litur avaritia	575	medicinæ contemptus	402. 404. 406. 408
iustitia distributiua & cõ- mutatiua	572	medicus fortunatus quis	408
iustitia <i>ανλλησθαι</i> omnes in se uirtutes cõplecti- tur	567	memoria	554. 612
iustitiæ definitio	578	Moneta quàm utiliter sit inuenta	467
iustus dici non potest, qui semel tantum aut bis iu- ste fecit	578	mors patriæ defendendæ causa oppetenda	515
<b>L</b>		morbus gallinæ	413
<b>L</b> Egēs cur introductæ		motus mutationis & cor- ruptionis causa	464
571		motus quilibet necessari- us	389
legum metus	470	Mulierum laus	488
legum periti utrum me- dicis, an hi potius illis præstent	438	<b>N</b>	
legum usus	471	<b>N</b> Atura hominis mise- riarum est diuer- sorum	395
legum usus, non abusus spectandus	571	natura non aberrat	369
luforū finis, paupertas	444	naturæ instinctus	556
lusus hederę comparatus	445	naturæ prouidentia & di- spofitio	368
lex naturæ	570	Nofce teipsum	521
Logicus sequitur naturã	370	<b>O</b>	
<b>M</b>		<b>O</b> Biectum medicorum quòdnam sit	423
<b>M</b> Ala diuitiarū quan- ta	430. 431. 432	obiectū prudentiæ quòd- nam sit	546. 553. 557
materia duplex, cominu- nis & particularis	599	obiectum temperantię	531
		Officium boni principis quòdnam sit	429
		officium	

I N D E X

officium historiographo-  
rum quódnam sit 529  
Opinio 559. 560  
opulenti propter diuitias  
uitiosè pro optimati-  
bus habentur 575  
Origanum medetur cico-  
nijs 413

P

**P** Andoræ pyxis 442  
patria 564  
pauperes 575. 577  
paupertas onus grauissi-  
mum 431. 433  
Peregrinationum lucri  
causâ susceptarum ma-  
la 411  
Phantasia 554  
phantasia & memoria res  
in animalibus cõfusif-  
simæ 419  
phantasia in animali num  
idem sit quòd intelle-  
ctus in homine 600.  
601. 602  
philosophus audit ratio-  
nes 590  
philosophus uerus uerita-  
tis est amator, & iccir-  
co laude dignissimus  
588. 589  
Pietas erga parentes & pa-  
triam 582  
piscatorum & aucupum

ingenia 381  
*πλειονισμοι* naturæ pul-  
chritudinem & ordinē  
non intelligunt 576  
*πλειονισμοι* trunci & stipi-  
tes nõ debebāt à quò-  
quam magnifieri 577  
*πλειονισια* & eius effecta  
466

Politia cur inuenta 467  
potentiæ cognitiuæ tres  
597. earúdem obiecta  
597. 598. 599  
Procuratorum diuersa for-  
tuna 438  
prudencia 546. 553. 557  
prudencia animaliu quan-  
ta esse uideatur 548.  
549. 550. 551. 552  
prudencia cum eloquen-  
tia coniuncta laude di-  
gna 367  
prudencię signum, imper-  
fectioribus perfectiora  
anteferre 369

Q

**Q** Vinam fortes uide-  
antur appellandi  
510. 513

R

**R** Ationis discursus  
603

R 3 Religio

# I N D E X.

<p><b>R</b>eligio 580  remediorum uarietas uni morbo non opponēda 407  res quælibet actiones sibi proprias &amp; peculiare habet 592  responsa feminarum quænam sint optima 478  reuocare in dubium ipsam religionem, beluarū est propriū 418  Rutha mustelas reddit fortes 413</p> <p style="text-align: center;"><b>S</b></p> <p><b>S</b>acerdotum mores &amp; simulationes 439  sal ad quid utilis 399  sapientia 558  Scientia 558  Sensus exteriores in quibusdam animalibus quàm hominibus sunt acriores 424  sentire quid sit 593  sepultura 465  seruitus rationi dissentanea 433  Solis iter 596  solis magnitudo 596  solis motus 595  Status humanæ uitæ, à pagina 361. usque ad finem dialogorum om-</p>	<p>nium plenè descriptus. stultitia quàm latè pateat 505  stultitię signum, res impares pariter comparare 369</p> <p style="text-align: center;"><b>T</b></p> <p><b>T</b>emperamenti bonitas uitæ longioris et ingenij melioris causa 372  temperantia quænam uirtus 536  Timiditas 513. 517  timor mortis 462. 464</p> <p style="text-align: center;"><b>V</b></p> <p><b>V</b>enus 410  Virtutum in homine uno coniunctio esse potest, uirtuorum non potest 566  uirtus per seipsam appetenda 522  uis imaginatiua 555  uisio animalium qualis uisionis obiectum &amp; modus 597  uita belluina humanę præfertur à pag. 361 usque ad 617. &amp;c.  uita hominis utrum reuera uita sit dicenda 416  uitia cur sectetur homo 617</p>
--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------	---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------

uituli

I N D E X.

uituli marini exuuizæ 460 ad quid utiles uidean- tur esse.                      ibid.	uoluptas bona non nisi ab honesto    proficiscitur 444
Vocis humanę præstantia 613	uoluptas è mundo egref- fa                                      442. 443
uoluntatis libertas    615	Vfus falis                              399
uoluntatis obiectum, bo- num & malum    614	<p style="text-align: center;"><b>Z</b></p> Zelotypia equorum    534

F I N I S.

**BASILEAE, EX OFFICI-**  
**na Oporiniana, Anno Salutis**  
**humanæ M. D. LXXXII.**  
**Mense Martio.**

IAN D. R. X.  
ad quod uter uideret  
Vocis humane gratulatio  
voluntas libertatis  
coluntia obsequium  
num & regnum  
est Xpianis edictum

BASELÆ, EX OFFICIO  
de Opontiana, Anno Salutaris  
humane m. d. c. c. x. x. i. i.  
Melle Martio.





